3 3433 06913511 3

The New York Public Library
* *
Bequest of
Wilberforce Eames
1937

*GBK
Uniwersytet jagiellons
Copy 2

PUBLIC LIBRARY
100416B

INCUNABULA TYPOGRAPHICA

BIBLIOTHECAE

UNIVERSITATIS JAGELLONICAE CRACOVIENSIS

INDE AB INVENTA ARTE IMPRIMENDI USQUE AD A. 1500

SECUNDUM HAINII »REPERTORIUM BIBLIOGRAPHICUM« UNA CUM CONSPECTU VIRORUM, QUI LIBROS OLIM HABUERANT, BENEFACTORUM BIBLIOTHECAE LIGATORUM CRACOVIENSIUM

PER ORDINEM ALPHABETI DIGESSIT

DR. WLADISLAUS WISŁOCKI
EIUSDEM C. R. BIBLIOTHECAE CUSTOS.

CRACOVIAE.
TYPIS SUMPTIBUS UNIVERSITATIS JAGELLONICAE
provisore Josepho Filipowski.
1900.

Lecturis salutem!

Librum de incunabulis bibliothecae Jagellonicae, sive de vetustissimis libris, inde ab arte typographica inventa usque ad finem a. 1500 impressis, ad quingentesimum annum Universitatis Jagellonicae, a Wladislao Jagellone renovatae, sollemniter celebrandum, compositum, cum aliquot annis ante consummatus esset, jam mense Julio a. 1895 sociis Classis philologae Academiae literarum Cracoviensis proposuimus. In quo conficiendo hoc erat consilium, ut apud nostrae aetatis homines magistrorum et doctorum Cracoviensium, nec non scholarium et baccalaureorum, virorum profecto olim haud parvis meritis excellentium, memoria redintegraretur; qui cum non solum libros manuscriptos, quos olim (annis 1877—1881) in »Catalogo codicum manuscriptorum bibliothecae Jagellonicae« enumeravimus, sed etiam libros typis impressos, quos habebant, variis collegiis et bursis academicis, praesertim autem Collegio majori, ubi initio duae praestantiores erant librariae, (scilicet »libraria theologorum« et »libraria artistarum«), dono dedissent, bibliothecae Jagellonicae, postea mirifice auctae et amplificatae, fundamenta jaciebant. Quantum vero in studiis excolendis illi magistri et doctores XV s. exeuntis et XVI ineuntis literarum commercium processumque, qualis tunc erat, recentissimum secuti sint, illi ipsi libri, quos collegiis et bursis academicis obtulerant, pulcherrimum atque firmissimum documentum praebent; unde illos viros non solum pro futura bibliotheca Jagellonica, sed, ut tum vulgo dicebatur, »pro incremento totius Universitatis« multum operae laborisque consumpsisse apparet. Quod te, lector candide, hoc opusculo monere operae pretium nobis visum est.

Ceterum medio anno 1895 opusculum nostrum 2295 libros typis impressos in ea bibliothecae parte, quae »Incunabula« vocatur, asservatos, et 341 per alias partes dispersos continebat, numero 2636, in quibus 2300 simplicia, 336 duplicia exempla inveniebantur. Quo exemplorum numero, postquam cum veteribus librorum albis scidisque bibliothecae dris Bandtke († a. 1835) aetate conditis, collatus est, non omnia exempla, olim a magistris et doctoribus Academiae thesauris donata, contineri multaque etiam desiderari manifestum erat. Atque profecto non pauca in aliquot humidis recessibus inferioris aedium bibliothecae partis, ubi illa con-

fusa et indigesta farrago librorum varii argumenti, variarum et linguarum et aetatum signum bina exempla (»Dublety«) prae se fert, situ et mucore corrupta jacebat. Quae segregare et depromere atque »Incunabulorum« corpori adjungere haud parvi erat laboris, qui aestate a. 1896 et 1897 ad finem perductus est. Quo factum est, ut in bibliotheca Jagellonica nunc in hac parte vetustissimorum librorum, qui quidem typis excusi erant, exstent exempla 2630, sive 2632 malis, nam exempla nr. 978 (Sandeus) et 1136 (Forlivius) bis numerantur (978a. et 978b., item 1136a. et 1136b.). Cui numero si alios plus quam 370 ejusdem generis libros impressos (in quibus sunt nonnulla »Xylographica et Chalcographica« ante a. 1500 confecta) adnumeraveris, invenies in bibliotheca Jagellonica tria milia amplius librorum, qui inde ab aetate artis typographicae inventae usque ad finem a. 1500 typis expressi erant; in his vero 2400 unica et 600 duplicata exempla sunt, multorum enim operum 2 aut 3, quin etiam 4 aut plura exemplaria exstant.

Nihilominus tamen numeri 2400, quibus libri vetustissimis temporibus prelo expressi continentur, tanti sunt momenti, ut »Incunabulorum« thesaurus bibliothecae Jagellonicae inter ditissimos bibliothecarum fundos jure referri possit. Neque enim multae Academiarum bibliothecae, immo non multae inter omnes bibliothecas majores in Europa inveniuntur, quae tanta incunabulorum copia gloriari possint. Quod ne nos plus aequo laudibus extollere arbitreris, reputa sodes primum, hanc esse septimam partem librorum vetustissimorum, typis impressorum, quos Ludovicus Hain opere, cui inscriptum est: »Repertorium bibliographicum«, annis 1826—1838 Stutgardiae quattuor voluminibus edito, colligere potuit atque numeris 16·300 complexus est; deinde hanc esse nonam fere partem omnium librorum, qui inde ab aetate artis typographicae inventae usque ad finem a. 1500 prelum reliquerint, horum autem numerum Copinger, vir Anglorum eruditissimus ac de bibliographia meritissimus, in opere »Supplement to Hain's Repertorium bibliographicum«, cujus duo priora volumina a. 1895 et 1898 Londini in lucem prodierunt, ad 22·000 adducturum se pollicitus est.

Si igitur solum numerum incunabulorum, quae in bibliotheca Jagellonica asservantur, respexeris, magistros et doctores nostros, s. XV exeunte et XVI ineunte degentes, sui temporis literarum studia et processus summo opere cognoscere conatos esse, nequaquam negabis, praesertim cum et argumenta librorum eam rem confirment. Nullum enim gravioris momenti desideratur opus, quod illa aetate prelo subjectum sit; immo vero quaecumque tum temporis sive doctrina sive fama commendarentur, ea nostros magistros et doctores non solum legendo diligenter cognita, sed etiam proprio sumptu coëmpta in librariis habuisse videmus. Itaque sive sacras literas, sive jus, sive medicae artis libros, sive eas disciplinas, quae tum in facultate artistarum tradebantur, requiras, omnium in illa incunabulorum congerie pro rata parte abundantiam invenies.

Librorum quidem Cracoviae typis impressorum parvus sane numerus etiam tum reperitur; quod ne cui mirum videatur, artis typographicae in Polonia conditio respiciatur necesse est. Cracoviae enim, in illa humanitatis et artium liberalium sede ad Orientem longissime promota, quamquam haec urbs potentissimi regni caput erat, artis typographicae initia primis demum s. XVI annis conva-

luisse satis constat. Posteriore vero XV s. parte apud duos tantum typographos Cracoviae (cf. p. 135 sq. »Cracovia«) per brevissimum temporis spatium libri excudebantur, scilicet apud Guentherum Zainerum annis 1474/75, ex cuius officina 4 tantum exempla in bibliotheca Jagellonica exstant, et apud Świętopełkum Fiolum annis 1491/92, quem liturgicos tantum libros, palaeoslovenica lingua conscriptos, edidisse scimus, ex his autem vix unius operis fragmentum in bibliotheca Jagelloniea ad nostra tempora permansit.

Quamquam librorum, qui posteriore parte s. XV Cracoviae typis excusi erant, adeo pauca exempla temporis saevitiam tulisse magnopere est dolendum, at certe ea re gloriari nobis liceat, quod celebratissima etiam apud exteras gentes Polonorum scriptorum opera, ut Martini Poloni ordin. Praedicatorum et dris Matth. Najman de Cracovia, nec non magistrorum et doctorum Cracoviensium priore parte XV s. degentium, ut Nicolai Płoński de Błonie et Jac. Paradisii de Clusa, jam mature exterorum typographorum prela exercebant; quae non mediocriter erant occupata excudendis libris magistrorum et doctorum posterioris quoque partis XV s., ut Jac. Boksicii, Brudzewii, Laur. Corvini, Joh. Głogowitae, Mart. Kotowicii, dris Latoszyński, dris Randersacker, Joh. Sacrani Junioris, mgri Sommerfeld-Aesticampiani, Johannis Stobniczka, Joh. Ursini, fr. Valentini, Mich. Wratislawitae et aliorum.

Huc adde, quod illi ipsi viri, cum Cracoviae typographicae officinae nondum exstarent, non solum in externis opera sua excudenda curabant, sed etiam doctrinae et literarum amore commoti, alios quoque libros impressos proprio sumptu coëmebant, quos deinde bibliothecis Collegii majoris aut aliis collegiis et bursis academicis dono darent. En habes nomina in literas digesta urbium, e quibus haec opera afferebantur, appositis numeris indicantibus, quot eorum operum exempla ad nostra tempora in bibliotheca Jagellonica permanserint:

Argentina (Argentoratum, Strassburg)	265	Friburgum	8
Augusta Vindel. (Augsburg)	50	Hagenoa	14
Avenion	2	Heidelberga	2
Basilea	183	Herbipolis (Würzburg)	2
Bononia	37	Lipsia	130
Brixia	14	Lovanium	2
Brunna	2	Lubeca	3
Bruxella	3	Lugdunum	35
Colonia	239	Magdeburgum	3
Cremona	1	Mantua	6
Daventria	8	Marsipolis (Merseburg)	1
Erfordia	3	Mediolanum	34
Esslinga	6	Memminga	3
Eustadium	10	Moguntia	24
Ferraria	9	Monachium	1
Florentia	16	Neapolis	7
		Norimberga	210

Offenburgum	1	Sevilla	1
Olomucium	1	Spira	35
Oppenheimium	1	Stockholmia	2
Padua (Patavium)	19	Tarvisium (Trevisia, Treviso)	17
Papia (Ticinensis civ.)	56	Toletum (Toledo)	1
Parisii	33	Tolosa	1
Parma	4	Tubinga	10
Piscia	5	Ulma	31
Regium	6	Venetia	850
Reutlinga	17	Vicentia	21
Roma	77	Vienna	4
Rostochium	1	Wratislawia	1
Senes	7	Zwolles (Zwolla, Zwoll)	1

In hac urbium serie primum locum obtinet Venetia (850 exemplaria), quam aliae Italiae urbes sequuntur: Roma (77), Papia (56), Bononia (37), Mediolanum (34), Vicentia (21), Padua (19), Tarvisium (17), Florentia (16), Brixia (14), aliae, e quibus fere 1250 exempla allata exstant, omissis his omnibus, quae sedem typographicam non indicant. Secundum vero post Venetiam meruit locum Argentina (265 exemplaria), quam sequuntur multae urbes Germaniae: Colonia (239), Norimberga (210), Basilea (183), Lipsia (130), Augusta Vindel. (50), Spira (35), Ulma (31), Moguntia (24), Reutlinga (17), Hagenoa (14), aliae, e quibus item fere 1250 asservata exempla exstant, omisso satis magno numero librorum, quorum locus editionis ignotus est.

Multo minor est numerus librorum, qui e longinquioribus regionibus, ultra Italiae et Germaniae fines jacentibus, allati sunt. Plurimi sane, qui quidem in bibliotheca Jagellonica asservantur, Lugduni (35 exempla) et Parisiis (33), pauci in aliis urbibus: Daventriae (8), Bruxellis (3), Avenione (2)... editi sunt.

Sed quod librorum in externis officinis impressorum magistris et doctoribus nostris jam mature copia fuit, id multo gravioris momenti esse arbitramur. Habebant illi sane temporis, quo typographica ars inventa esset, notitiam levem et parum accuratam, siquidem in libro a. 1498 edito (Politianus, nr. 1420) haec adnotata legimus: »Librorum (!) imprimendi artem Joh. Faustius Moguntiae in Germania primus reperit anno mundi 6651, anno Christi 1452«, in alio autem, qui multo ante, anno scilicet 1471 (Plinius, nr. 1362) impressus erat, haec: »Impressoria ars inventa per Germanos anno salutis Christi Ihesu 1458«!

Nihilominus tamen, cum literarum in Europa progressus impigre cognoscere studerent, libros apud exteras nationes typis impressos, ut supra diximus, jam mature illos coëmisse eorumque copiam habuisse satis exploratum est. Cujus rei documento sunt duo vetustissima, quae quidem editionis annum exhibent exempla, in bibliotheca Jagellonica asservata: Joh. Balbi »Catholicon« (nr. 1011), impressum atque confectum a. 1460 Moguntiae per Joh. Guttenberg »non calami, stili aut pennae suffragio, sed mira patronarum formarumque concordia proportione et modulo«, et papae Clementis V »Constitutiones« (nr. 1982) eodem anno 1460

Moguntiae typis impressae per Joh. Fust et Petr. Schoiffer. Liber, cui inscriptum est »Catholicon«, Joh. Jarogniewicii κτῆμα erat, qui cum inde ab a. 1454 artium baccalaureus, deinde altarista ecclesiae b. V. Mariae in circulo Cracoviensi fuisset, moriens, hoc opus »legavit pro libraria Universitatis Studii Cracoviensis«; »Constitutionum« autem Clementis V exemplar, idque membraneum, jam a. 1465 Pauli Puczek κτῆμα erat, qui ab a. 1452 artium mgr., deinde licentiatus in decretis Cracoviae erat.

Habebant igitur magistri nostri et doctores jam mature, ut videmus, accita et haec et alia opera in Italia et Germania typis impressa, quibus sine dubio alii quoque collegae et scholares cum admiratione delectabantur; neque nobis a vero abesse videtur sententia, anno 1474, quo Guentherus Zainer officinam typographicam Cracoviae conderet, multos jam in usu fuisse libros extrinsecus importatos. Atqui adscriptum Catalogo sanctorum mgrum Johannem Wacięga de Kanty, quem, quidquid otii nactus esset, in libris manuscriptis exarandis collocasse scimus, libros impressos, cum jam non pauci tum temporis et in Collegii majoris librariis et in magistrorum ac doctorum Cracoviensium manibus essent, jam multos annos, antequam mortuus esset († 24. XII 1473), suis oculis vidisse et admiratum esse pro certo affirmari potest.

Praeter »Constitutiones« Clementis V a. 1460, quas jam a. 1465 mgri Puczek κτῆμα fuisse scimus, mgrum Wacięga ante mortem haec quoque incunabula in manibus habuisse putamus: 1. s. Augustini »De doctrina christiana« (nr. 632) impressum Argentorati c. 1465/66; 2. s. Augustini »De civitate Dei« (nr. 899), excusum Argentinae c. 1468, et 3. s. Chrysostomi »Homiliae« (nr. 633), impressae Argentorati s. a., omnia enim dr. Koczwara de Pyzdry, »praedicator Polonorum ad s. Barbaram«, cum a. 1470 ad proprium usum comparasset, ante mortem († 24. IX 1472) »Collegio artistarum legavit«.

Vidit vir sanctus etiam s. Augustini »Confessionum libros« (nr. 631), Argentinae impressos s. a., quos a. 1470 ejus collega, dr. Johannes Słupcensis-Kowalowita, »pro 2 flor. ungaricalibus« comparaverat.

Vidit porro etiam Sanctii »Speculum vitae humanae« (nr. 1856), impressum a. 1471 Augustae Vindelicorum, quod alius ejus collega, dr. Mirżyniec, »redeundo de Roma in civitate Augusta« a. 1472 emerat.

Vidit denique sine dubio s. Aquinatis »Catenam auream«, impressam Esslingae aut ultimis diebus a. 1470 aut ineunte anno 1471 (Hain 1329), quam admodum mature, scilicet commutatione aestivali a. 1471 magistri et doctores Cracovienses »de fisco communi pro 7 flor. pro libraria Collegii comparaverunt«.

Hos libros in externis officinis impressos, quos jam mature ex Occidente et Meridie Cracoviam migravisse demonstravimus, postquam patronus divus magna cum admiratione cognovit, adeo commotus esse videtur, ut qui tantam codicum copiam propria manu per totum vitae spatium exaratorum ad aeternam sui memoriam posteritati reliquisset, repente tamquam attonitus, penna rejecta, nullam literam facere voluerit. Nam utcumque res se habet, hoc singulare atque memoratu dignum est, quod eodem fere tempore, quo libri in externis officinis impressi a. 1460 Cracoviam venerunt, mgrum Wacięga jam exscribere desinen-

tem deprehendimus; ultimus enim liber ejus manu descriptus, quantum scimus, anno 1461 erat exaratus.

Quod vero illam s. Aquinatis »Catenam auream« commutatione aestivali a. 1471 »de fisco communi« emptam esse diximus, eam libros coëmendi rationem, cum ejusmodi pauca tantum exstarent exempla, sub finem s. XV raram, postea autem vel rarissimam fuisse probabile est. Itaque comparaverunt magistri illis temporibus Gandavi »Quaestiones super Aristotelis libros De anima« ex anno 1473 (nr. 1776) »pro libraria facultatis artium de pecuniis communibus ejusdem facultatis«. Emit quoque a. 1486 mgr. Joh. Pilczanus duas partes (III et IV, nr. 534 et 535) »Summae theologiae« s. Ant. Florentini ex a. 1480/81 »de pecuniis per drem Nic. Ilkussium pro libraria theologorum Collegii artistarum Studii Cracoviensis legatis«. Jam multo post, scilicet a. 1520. comparavit aliquot libros mgr. Wiśliczka »pro libraria facultatis artium de pecuniis communibus ejusdem facultatis«: Eibi de Eyb »Margaritam poëticam«, impressam Argentinae s. a. (nr. 446), Aristotelis »De anima« ex a. 1498 (nr. 1196) et Lamb. Montani »In Aristotelis De physico auditu« ex a. 1498 (nr. 1195).

Paucos igitur deprehendimus libros, qui aut »de fisco communi« aut »de pecuniis communibus facultatis artium« comparati erant; ceteram autem incunabulorum, de quibus agitur, multitudinem magistri et doctores nostri proprio sumptu coëmebant et thesauris Universitatis ad aeternam rei memoriam donabant. En habes seriem magistrorum et doctorum, nec non scholarium et baccalaureorum Cracoviensium, qui jam ante finem a. 1500 libros impressos, quos habebant, librariis Universitatis legaverunt, aut jam tum proprios possidebant. Quot exempla ex eis, quae quisque donaverat, adhuc in bibliotheca Jagelloniea supersint, numeris appositis significatur:

Andrzejowita Martinus de Jędrzejów	1	Casparus Johannes de Budweiss	1
Argentinensis Rudolphus de Argentina	1	Czeiskendorf Johannes Nissanus	1
Beber Johannes alias Sacranus de Oświęcim	1	Dambnowita Caspar Pruthenus de Dambnaw seu Dębno	6
Behem Balthasar Cracovita	3	Dignandus Franciscus	1
Bochniensis Mathias de Bochnia alias de Siepraw	4	Długosz Johannes de Niedzielsko, nominatus archiepiscopus Leopoliensis	2
Bodowita Petrus de Bodów	1	Gasser Mathias Grentzensis	1
Bolkenhain Johannes de Bolkenhain	1	Głupczyc Valentinus de Głupczyce	1
Borzejewski scholaris	2	Granowita Andreas de Granowo	1
Brudzewius Albertus de Brudzewo	13	Gromadzki Johannes	7
Budel Erasmus Wratislawita	2	Haunold Paulus Wratislawita	1
Burynanus Johannes Norimbergensis	1	Hoffman Nicolaus Głogowita	1
		Ilkussius Nicolaus de Olkusz	2
		Ilkussius Simplicianus ordin. s. Augustini	1

Izsepensis Vincentius de Izsép . 1
Jarogniewicius Johannes de Jarogniewice 2
Kobylinko Mathias Senior de Kobylino 5
Koczwara Johannes de Pyzdry, alias etiam Peiser nuncupatus . 3
Kostensis Mathias-Matthaeus de Kościan seu Kosten 6
Kromołowita Hieronymus de Kromołów 2
Kurowita Petrus de Kurowo . . 1
Kurozwęcki Stanislaus, cancellarius regni Poloniae. 1
Łabiszynius Andreas de Łabiszyn 23
Latowicius Martinus de Latowiec 4
Latowicius Nicolaus de Latowiec 4
Leopolita Michael de Leopoli . . 1
Leopolita Vincentius de Leopoli seu Lwów 2
Makowski-Machowski Nicolaus . 1
Medicus quidam Cracoviensis . . 1
Merboth Nicolaus Nissanus. . . 1
Mikosz Bernhardus Nissanus, alias etiam Krotinpful, Mikusz aut Mikisz nuncupatus 15
Mirżyniec Arnolphus de Mirżyniec 5
Młogolicensis Nicolaus de Młogolice 1
Moerszperg quidam 1
Muelich Richardus de Ristavia . 1
Nasierowita Stanislaus de Nasierowo. 1
Ogończyk quidam 1
Oleśnicki Zbigneus, primas regni Poloniae 1
Oporowski Andreas, episcopus Warmiensis et Wladislawiensis 2
Oraczowita Bartholomaeus de Oraczowo. 2
Originalis Bartholomaeus de Opoczno 2
Orlin Gregorius. 1
Ostrowita Mathias de Ostrów . . 3
Pajewita Johannes de Pajewo. . 1
Parzynczowita Leonardus de Parzenczów seu Parzniczów . . 1
Patzkar Johannes Medici Wratislawita 1
Pausemus Martinus Ośnicensis . 2
Pieszel Andreas Poznanita . . . 1
Pilczanus Johannes de Pilcza . . 11
Pilznensis Valentinus de Pilzno, paterno nomine Lis (?) nuncupatus. 2
Posnaier Johannes Poznanita . . 1
Prachenicus Henricus Ragnetensis 1
Przemyśliensis Valentinus fr. . . 1
Puczek Paulus 1
Quinquecclesiensis Bartholomaeus de Quinquecclesiis, alias Nissanus de Nissa 1
Radzyminius Jacobus de Redzymino. 2
Ropczycius Stanislaus de Ropczyce 1
Rzeszowski Johannes, episcopus Cracoviensis 1
Scultetus Clemens Gedanensis. . 21
Silentiosus Świętoslaus, vulgo Milczek dictus 5
Słupcensis-Kowalowita Johannes de Słupcza alias de Kowale . 1
Stargardiensis Andreas de Sommen alias de Stargardia . . . 2
Świętopełk Petrus de Zembrzyce alias de Nieznanowice . . . 201
Szadkovius Jacobus de Szadek . 4
Szadkovius Stanislaus de Szadek 1
Szamotulianus Bartholomaeus de Szamotuły 1
Tulczensis Johannes de Tulcze . 1
Ustiensis Bartholomaeus de Uście, alias etiam Ostiensis aut Hostiensis vocatus 3
Walch Georgius alias Mor . . . 1
Wels Johannes Poznanita . . . 13
Vetuzoliensis Albertus de Veteri Sol io. 6

Wielunius Michael de Opole seu de Wieluń, dictus etiam Opoliensis, Wieluń aut Wielunensis	5	Zawada Stanislaus de Zawada seu de Piskowice	2
Winiarski Dobieslaus Sandomirita	2	Zbankius Johannes de Zbanki seu Dzbanki	2
Ząbicius Martinus de Zębiki . .	2	Zbrożek Adam Jacobi seu Jakubowicz de Kotra alias de Wilno, dictus etiam Kotrensis aut	
Zagajewski Clemens de Gębice, vulgo Gębicius dictus. . . .	2	Wilnensis	1
Zatoriensis Laurentius de Zator .	4		

Primum locum, si numerum librorum spectes, Świętopełk obtinet — 201 opera! Cui merito proxime accedunt: Łabiszynius — 23, Scultetus — 21, Mikosz-Nissanus — 15, Brudzewius — 13, Wels-Poznanita — 13, Pilczanus — 11, Dambnowita — 6, Kostensis — 6, Kobylinko — 5, Mirżyniec — 5, Silentiosus-Milczek — 5, Wielunius de Opole — 5..... Nec desunt episcopi et archiepiscopi: Długosz, Oleśnicki, Oporowski, Rzeszowski, neque alii viri, qui summos in republica honores assecuti erant, ut Kurozwęcki.

Inter magistros et doctores Cracovienses, qui jam posteriore parte s. XV libris dono datis futuram bibliothecae Jagellonicae magnitudinem fundaverunt, numerandi sunt etiam:

Sommerfeld-Aesticampianus . .	221	Tauchen-Nissanus, alias Tauchan,	
Szyszka de Srebrna Górka. . .	4	Teuchen aut Mergus dictus. .	11

Qui quamquam ineunte s. XVI: Sommerfeld 22. X 1501, Szyszka ante 15. X 1501, Tauchen (auctor »Epitaphii in laudem s. Johannis Wacięga de Kęty) 18. XI 1502, mortui sunt, tamen cum tota vita tum et omni opera ad finem s. XV pertinent. Quin etiam mgrum Sommerfeld, qui a. 1501, cum jam et scholis habendis et operibus scribendis edendisque magnam sibi gloriam conciliasset, jam tum aegrotus vix vitam suam sustentaret, nullum sibi librum comparavisse pro certo affirmari potest. Nam in uno libro (Natalis, nr. 1345) haec sua manu adnotavit: »Tu autem Domine miserere nobis, 1500 ante Nativitatis Christi«, in alio autem (Cursus quaestionum, nr. 2432) hoc distichon posuit:

Non sum, qui fueram, periit pars maxima nostri,
Hoc quoque, quod superest, languor et horror habent.

Simili modo etiam XVI s. incunabulorum numerus in bibliotheca Jagellonica crescebat; quod tamen, cum primis annis ejus seculi etiam Cracoviae artis typographicae initia satis convaluissent, alia via ac ratione processit. Nam praeter incunabula a. 1500 aut antea impressa alii quoque libri, scilicet XVI s. impressi, et Cracovienses et adventicii, in bibliothecam deferebantur; deferebantur autem utrique non minus abunde, quam antea, cujus rei praeter alias haec quoque causa fuit.

Librarias quidem habebant tum magistri et doctores Cracovienses, ut minores in aliis collegiis et bursis collocatas omittam, duas majores in Collegio majori: scilicet librariam theologorum et librariam artistarum, utramque in sepa-

ratis cellis, theologorum scilicet in secunda, artistarum in prima contignatione collocatam. Cum autem in utraque tantae codicum et librorum impressorum multitudini, quae ibi collecta erat, capiendae locus non sufficeret aliusque amplior et melior esset quaerendus, nihil aliud restabat, quam ut meridionali angulo aedium Collegii majoris, quae horto erant contiguae, accessio adjungeretur ibique amplum conclave exaedificaretur, quod non solum utramque librariam, sed etiam futuri temporis incrementum caperet. Huc id quoque consilii accessit, ut librariae theologorum et artistarum ita in atrio, quod exaedificandum esset, conjunctae proximo tempore publicae bibliothecae officio fungerentur atque cotidie per duas horas mane totidemque vesperi non solum magistris et doctoribus, sed etiam scholaribus et aliis viris doctis, qui Cracoviae morarentur, aditus paterent.

Neque diu magistri et doctores nostri, cum locum vacuum in proprio horto haberent, haec consilia perficere cunctabantur et cum a. 1515 mgr. Obiedzinius »pro libraria in Collegio majori fundanda« ad hanc rem 60 flor. sive 38 marcas dono dedisset, sine mora opus aggressi sunt. Celeriter quidem, cum pecunia ab Obiedzinio data admodum parva esset, domus erigi non potuit, at surgebat paullatim, cum unus alterve magister moriens novum donum ad eam perficiendam dedisset. Legaverunt igitur ad eam rem (cf. p. 288, »Libraria publica«): a. 1523 dr. Miechowita »100 flor. pro continuando aedificio librariae publicae in domo Collegii majoris«, a. 1526 dr. Leścinensis »100 marcas«, a. 1527 dr. Sacranus »20 marcas pecuniarum pro aedificio librariae«, item a. 1527 dr. Sternberg »50 aureos pro aedificio librariae publicae«, a. 1534 dr. Wratislawita »30 aureos pro consummanda libraria« et a. 1540 dr. Stawiszynius »20 aureos pro testudine librariae noviter erectae«. Jam igitur a. 1538 erat mgr. Lipnicensis »primus custos bibliothecae publicae in Collegio majori«; cum autem magistris et doctoribus Cracoviensibus a. 1559 dr. Koźminius »1000 fl. pro libris in bibliotheca Collegii majoris« legavisset aliaque minora legata bibliothecae scripsisset, poterant illi profecto vera cum gloria de se praedicare, esse in Universitate bibliothecam, quam ipsi creavissent, jam abhinc cuique officio suffecturam.

Non est igitur mirum, si eo temporis spatio, quod annis 1501 et 1560 definitur, plurimi libri bibliothecae dono dati sunt, in quibus incunabula, XV s. impressa, non exiguam partem efficiunt. Hic sequuntur nomina magistrorum et doctorum, partim etiam scholarium et bacalaureorum, qui praeter libros s. XVI impressos incunabula quoque bibliothecae dono dederant, aut eis, cum Cracoviae essent, utebantur; appositi numeri indicant, quot exempla ex eis, quae quisque donaverat, ad nostram aetatem in bibliotheca Jagellonica asservata sint:

Adamowski Stanislaus	1	Aurifaber Petrus alias Lubart Cracovita, suffraganeus Plocensis .	5
Adrianes quidam	2	Aufrifaber Stanislaus alias Lubart Cracovita	4
Agricola Rudolphus Wasserburgensis	1	Bamsssmith Adam	1
Arciszewski Jacobus alias Erecieszowski	1	Banckowski Nicolaus	1
Arundinensis Johannes de Trzciana	1	Bargiel Stanislaus Kazimirita .	1

Bederman Thomas Poznanita . . 1
Bedleński Nicolaus 1
Bełza Jacobus Cracovita, alias etiam Bełzik aut Kreuzel dictus 1
Bełza Martinus Cracovita . . . 2
Białkowski Stanislaus 16
Biel Stanislaus Neopolitanus de Nowe miasto, alias Albinus dictus 29
Biem Martinus Ilkussius de Olkusz 56
Borkeman Jacobus Marienburgensis 3
Borzyszewski Andreas, primas regni Poloniae 1
Brański Petrus 1
Brodensis Nicolaus de Brody . . 2
Bromirski Bartholomaeus . . . 16
Brzezinius Adam de Brzeziny . 1
Budensis Valentinus de Buda . . 3
Budny Johannes 1
Budziszewita Nicolaus alias Budziszewiensis aut Budziszewius de Budziszew 3
Burcardini Andreas Cracovita, alias Burkart aut Rajowski dictus . 1
Bylica Stanislaus Ilkussius de Olkusz 1
Chrzanowski Benedictus Siradita fr. 1
Cieśla Stanislaus Cracovita, alias Carpentarius dictus 2
Crabus Nicolaus Cracovita . . . 1
Cracovita quidam et amici ejus . 1
Cracovita Gabriel de Cracovia . 1
Cracovita Leonardus de Cracovia 1
Cracovita Stanislaus de Cracovia 1
Crotilianus Johannes 1
Cwikła Mathias de Bochnia . . . 1
Czechowski Valentinus 1
Czepel Nicolaus Poznanita . . . 154
Czuj Albertus Pilznensis 1
Czyrski Johannes 1
Dąbkowski Nicolaus 15
Dinkelspuehel Melchior 1
Dzik Nicolaus 1
Episcopius Bernardus de Biskupie Cracovita 18
Epperiensis Martinus de Apparias 3
Fadener Caspar Wratislawita . . 1
Fagilucus Bartholomaeus Wratislawita 2
Felsztynensis Sebestianus de Felsztyn 1
Fridel Jacobus Klepardiensis de Florentia ad Cracoviam . . . 40
Gedanensis Emericus-Henricus de Gdano 7
Gielniowita Jacobus a Gielniów . 1
Glaber Andreas Kobylinius . . 2
Głogowita Johannes alias Glogar aut Gloger de Majori Głogowia 5
Głogowita Melchior de Głogowia 1
Głownensis Michael de Głowno 1
Golunowski Nicolaus 1
Gościeszycki Mathias 1
Gosławski Johannes 1
Gostyninus Jacobus de Gostyń-Gostynin 13
Grodzicki Stanislaus, alias etiam Grodziskanus dictus 1
Grubel Sebestianus de Sancto Gallo 1
Grzymała Mathias 1
Heidecke Johannes de Dammis . 5
Henckel Johannes Wratislawita . 1
Hessus Johannes Norimbergensis 1
Hirschberg Wenceslaus 2
Ilkussius Valentinus de Olkusz . 3
Jacobus mgr. (Iłżanus de Iłża?) . 1
Jaktorowski Nicolaus 1
Jaraczewski Johannes 2
Jasłensis Johannes de Jasło . . 1
Johannes quidam ineuntis s. XVI 2
Johannes quidam a. 1524 . . . 2
Johannides Martinus Krosnensis . 1
Junczuk quidam 1
Karolus Mathias de Karoly . . 1
Kazimirata Blasius de Kazimiria 1
Kij Simeon Cracovita, alias Scipio dictus 1

Klepardiensis Jacobus de Kleparz 6
Klepardiensis Johannes de Kleparz seu de Florentia ad Cracoviam 2
Kobirdyński Jacobus 2
Kobylinko Mathias Junior de Kobylino 1
Kołaczek Martinus Pokrzywnicensis de Comprovincia, alias etiam Koprzywnicensis dictus . . . 1
Kołaczkowski Johannes 1
Komżyk bacc. 1
Konecius Nicolaus de Jaromierz Jaromierzenus 1
Koźmiński Albertus de Koźmin, alias etiam Koźminius dictus . 2
Kostensis Jacobus de Kościan seu Kosten 1
Kostensis Mathias-Matthaeus de Kościan seu Kosten 3
Koźminius Aegidius de Koźmin . 1
Krankowita Martinus de Kraków 5
Krawiec Mathias Ilkussius de Olkusz, alias Sartor dictus . . 1
Krosnensis Paulus de Krosno Ruthenus 13
Krosnensis Valentinus de Krosno 2
Krypa Albertus Szamatulianus . 10
Krzesławski Stephanus Wladislawita 1
Krzycki Andreas alias Cricius . 1
Kułab Martinus de Tarnowiec . 18
Kurozwęcki Krzesław 2
Łącki Mathias 1
Łagiewnicius Vincentius de Łagiewniki 1
Łąkanus Gabriel de Łąka . . . 2
Lamchonius Johannes Poznanita . 3
Laszkianus Felix de Laszki . . 1
Lelowiensis Johannes de Lelów . 1
Leopolita Johannes de Leopoli . 19
Leopolita Martinus de Leopoli . 1
Libanus Georgius Legnicensis . 1
Lis Mathias Krainius de Kraina . 10
Lorek Jacobus Gneznensis . . . 1
Lorek Johannes 1
Łowicius Stanislaus de Łowicz . 1
Lublinensis Franciscus de Lublin 1
Lucas quidam scholaris 2
Łukowita Johannes de Łuków . 2
Łukowita Stephanus de Łuków . 2
Łysy Martinus Cracovita . . . 3
M. M. (mgr. M.) 1
Magnus-Cantrifusor Mathias-Matthaeus Cracovita s. Cracovianus 3
Malej Franciscus de Warta . . 1
Małkinka Hieronymus 1
Malski quidam 1
Matla Adam Cracovita 3
Mel Caspar Wratislawita . . . 1
Meżeński Jacobus 1
Michałowski Johannes 13
Miechowita Mathias de Miechów . 4
Miedzyleski Laurentius, episcopus Kamieniecensis 1
Mikosz Nicolaus Cracovita . . . 35
Mirosz Mathias Kurzelowita . . 1
Mirzyński Nicolaus 1
Molenda Johannes de Oświęcim . 2
Mstowita Johannes de Mstów . 2
Molowker Balthasar (Wratislawita?) 2
Napachanius Antonius a Napachanie 2
Neopolitanus Johannes de Nova civitate 4
Neopolitanus Michael de Nova civitate seu de Nowe miasto Ruthenus 4
Nieczuja quidam 2
Nikel Karl Cracovita 1
Noskowski Johannes 1
Noskowski Lucas 1
Okoniewski Christophorus . . . 3
Oliwa quidam 1
Orlik Franciscus de Orlów, alias Aquilinus nuncupatus 1
Orlik Lucas de Orlów, alias Aquilinus aut Aquilo dictus . . . 4

Paczynensis Andreas de Paczyna 1
Parisiensis Michael de Bystrzyków, alias etiam Paryski vocatus . 16
Pauna Casparus Ulmensis de Ulma alias de Ryepingen 1
Pełka Mathias 2
Pictor Franciscus Siradita . . . 4
Pieczychowita Leonardus de Pieczychów seu Pieczychosty . . 1
Pilznensis Stanislaus a Pilzno . 3
Pilznensis Valentinus Petri de Pilzno 1
Piotrkowita Albertus de Piotrków 1
Piotrkowita Ambrosius de Piotrków 1
Piotrkowita Petrus de Piotrków . 1
Plesnensis Johannes de Plesna . 1
Płocensis Jacobus de Płock . . 1
Pokrzywnicensis Nicolaus de Pokrzywnica seu Koprzywnica aut Comprovincia, dictus etiam Koprzywnicensis 3
Pontificius Jacobus de Biskupice 4
Poznanita Benedictus ordin. s. Augustini 1
Poznanita Martinus de Poznania . 5
Procopiades Johannes Szadkovius 3
Procopiades Nicolaus Szadkovius 8
Promieniski Nicolaus alias Promieński 1
Prosiński Johannes Piotrkowita . 2
Proszowita Jacobus de Proszowice 1
Proszowita Witek s. Vitus . . . 1
Przybyło Mathias Cracovita, alias Auctus dictus 6
Ptasznik Bartholomaeus de Ptasznik 1
Pych-Pilczanus Nicolaus de Pilcza 2
Rawensis Felix de Rawa . . . 1
Rawensis Valentinus de Rawa . 1
Reguła Johannes de Reguły Cracovita 1
Reguła Nicolaus Cracovita . . . 1
Roczowski Christopherus . . . 2
Roczowski Sebestianus 2
Rostkowski Stanislaus 1
Rożnowski Thomas 3
Rudowski Andreas de Cracovia . 1
Rusocki Michael 1
Rydzynius Lucas de Rydzyna . 4
S. Johannes 1
Sabinka Bartholomaeus Cracovita, alias Regiopontanus dictus . . 1
Sacranus Johannes de Oświęcim Junior 15
Saleński Laurentius Kazimirita . 1
Sandecensis Andreas ordin. Miechowiensis 3
Sandomirita Martinus de Sandomiria 1
Sandomirita Stanislaus de Sandomiria 1
Sanocensis Johannes de Sanok . 1
Schilling Johannes Cracovita . . 1
Schonbergensis Johannes . . . 2
Schwarz Paulus Cracovita . . . 1
Seceminius Dominicus de Secemin 4
Sieprcius Jacobus a Sieprc . . 1
Sieprcius Simeon de Sieprc . . 2
Simeon vicarius 1
Siradita Jacobus de Sieradz . . 5
Skarbimiriensis Jacobus 3
Śliwnicki Mathias 1
Sobek Sigismundus 1
Staniszowicius Johannes de Staniszewice 2
Stawiszynius Gregorius de Stawiszyn 13
Steienpflug Adam Krosnensis . . 2
Steinensis Jodocus de Herbipoli . 1
Sternberg Michael de Lgota Olsnensis, alias etiam Olsnar dictus 34
Stobniczka Johannes de Stobnica 8
Strzelcius dr. 2
Strzyżowski Petrus de Strzeżowice 1
Sudolski Stanislaus de Sudol alias de Jastrzębie 3
Światłowski Wladislaus 1
Świetlik Jacobus Poznanita . . 2

Swodziszowicius Albertus de Swodziszowice 39
Szamotulianus Gregorius de Szamotuły 2
Szamotulianus Johannes de Szamotuły 3
Szamotulianus Simeon de Szamotuły 1
Szczecinius Albertus de Szczecin 2
Szydłowita Mathias de Szydłów . 13
T. L. P. 1
Tarnowita Laurentius a Tarnów . 1
Tarnowita Michael de Tarnów . 1
Tatarus Stanislaus Cracovita, vulgo Tatarka nuncupatus 3
Tomicki Petrus alias Tomicius, episcopus Cracoviensis 43
Toruniensis Wenceslaus z Torunia 3
Trzecieski Andreas de Koniuszowa 2
Tuliszek Nicolaus de Tuliszków . 8
Turek Laurentius Przemyśliensis 1
Turobinius Michael de Lublin seu de Turobin 1
Turski Bartholomaeus a Tur . . 1
Urban Michael 2
Urzędowius Felix de Urzędów . 2
Wąchocinensis Martinus de Wąchocko 2
Valthek Nicolaus Cracovita . . 28
Wielicius Nicolaus de Wieliczka 3
Wielicius Nicolaus Alberti de Wieliczka, paterno nomine Mleczko nuncupatus 16
Wielopolensis Stanislaus de Wielopole 2
Wildener Jacobus 1
Wilstet Johannes Poznanita . . 5
Wiśliczka Michael a Wiślica, alias etiam Wiśliciensis dictus . . 13
Vitreator Leonardus de Dobczyce 6
Vitreator Nicolaus de Dobczyce, alias de Trzemeśnia aut Huta 1
Wojnowski Martinus Bochniensis 1
Wokenstadtensis Paulus de Wokenstath 3
Wolborita Andreas de Wolborz, alias etiam Fricius, Modrevius aut Modrzewski nuncupatus . 1
Wonsam Sebastianus Cracovita s. Cracovianus 1
Wratislawita Michael de Wratislawia, alias etiam Falkener aut Wratislawiensis dictus . . . 45
Wróblewius Martinus de Wróblewo 1
VulturensisBernardinus de Vulturo 1
Wychowski Petrus de Wychowo 1
Żaborowski Jacobus 2
Zakliczowita Paulus de Zakliczów, alias etiam Zakliczowus nuncupatus 11
Zakrakowita Johannes 1
Zalaszowski Stanislaus de Tarnów 1
Żarnowita Johannes de Żarnów . 1
Zawisius Jacobus 1
Żytnensis Andreas de Żytne s. Żytno 1

Praeclaram profecto descripsimus seriem largitorum et eorum virorum, qui libros impressos possidebant, praeclarum quoque et amplum numerum incunabulorum, quae dono data erant ab iis, quamquam librorum s. XVI ab iis donatorum numerus, id quod hoc loco non nostrum est attingere, multo major erat. Primum locum occupavit Czepel-Poznanita — opera 154!, quem sequuntur: Biem-Ilkussius — 56, Wratislawita Mich. — 45, Tomicki epus — 43, Fridel-Klepardiensis — 40, Swodziszowicius — 39, Mikosz-Cracovita — 35, Sternberg-Olsnensis — 34, Biel-Neopolitanus — 29, Valthek — 28, Leopolita Joh. — 19, Episcopius — 18, Kułap — 18, Belza Mart — 16, Bromirski — 16, Pausemus de Ośnica — 16, Wielicius Nic. — 16, Dąbkowski

15, Sacranus Joh.—15, Gostyninus—13, Krosnensis poëta—13, Michałowski—13, Stawiszynius—13, Szydłowita—13, Wiśliczka—13, Zakliczowita—11, Krosnensis V.—10.

Non tantum numerum efficiunt dona, quae posteriore parte s. XVI, annis scilicet 1561—1600, bibliothecae oblata sunt:

Augustensis Zacharias de Augusta	1	Jacobejus Johannes Kurzelowita	2
Aurifaber Johannes Poznanita	1	Jacobejus Stanislaus Kurzelowita	3
Baranowski Albertus	1	Janeczka Sebastianus Klepardiensis de Florentia ad Cracoviam	3
Basennius Wenceslaus alias Bazenius	1	Jastrzębski Johannes Sandomirita	2
Bauwitzin Wilhelmus	1	Johannes mgr.	1
Będorski Felix alias Bądorscius de Bandorzyno	2	K. M. scholaris	1
Bielecki Caspar Olszensis	2	K. S. M. scholaris	1
Blasiades Albertus Leopolita	1	Ketlicz Jacobus	1
Borek Paulus	1	Kijeński Johannes	1
Borkowita Mathias	1	Kijewski Johannes Poznanita	2
Brictius Sebastianus Cracovita	1	Kłodawita Bartholomaeus de Kłodawa	1
Broniec Johannes Sandomirita	1	Koczowski Nicolaus de Kocze, alias etiam Koczowius nuncupatus	2
Broniski Caspar alias Braniski	1	Krainius Albertus de Kraina	1
Brzescensis Felix de Brzesko	1	Krzykawski Christophorus	2
C. P. quidam	2	Kur Mathias, alias Gallus aut Kurkowicz	1
Carpentierius Johannes	1	Lazarides Felix Sieprcius	7
Cebrowski Andreas Kazimirus	1	Lebellius Georgius	2
Ciżewski Johannes	1	Łodensis Petrus de Łodzia, alias Navensis dictus	3
Czernkowicz Adam	1	Łowicki Laurentius	1
Dilewski Martinus	1	Lublinensis Bernardus de Lublin	1
Dobrosielski Johannes Sandomirita	2	Łuszczewius Brictius de Łuszczew	1
F. quidam	1	M. R. P. C. S. C. scholaris	1
Fiol Martinus fr.	1	Martinus fr. ord. Praed.	1
G. M. (mgr.?)	1	Mathias quidam	1
Gąska Jacobus, alias Anserinus Pilznensis	1	Mlekitius Petrus	1
Glicius Martinus, alias Glicza Pilznensis	6	Moefaliensis Gerardus	3
Greniciensis Benedictus de Granica	1	Mogilnensis Caspar de Mogilno	2
Gronkowski Michael	1	Muscenius Johannes Senior Kurzelowita	4
Grzegorzowicz Maciek	2	Muscensius Johannes Junior Kurzelowita	1
Grzepsius Stanislaus, alias Grzepski aut Grzebski	1	Myszkowski Petrus, episcopus Cracoviensis	1
Haslbruner Johannes	1	Nervicius Martinus Kłodawita	5
Hinosowski J. A.	2		
Hosius Johannes Cracovita	1		
Jabłoński Johannes	1		

Nicius Johannes Leopolita, alias Nicz, Nycz aut Kasprowicz dictus 1
Niewieściński N. 1
Nogaj Albertus Leopolita, alias Pedianus dictus 1
Oczko Albertus Warszawita . . 1
Opatowicius Petrus de Opatowiec 2
Orzycki quidam 15
Ostrowski Stanislaus 1
Ostrzensis Georgius de Ostrze . 1
Paeliertinus Johannes 2
Pajączek Caspar Radoszycius de Radoszyce, alias Pajączkowic, Pajączkowius aut Araneus dictus 4
Panetius Nicolaus de Czerwieńsko Czerwińscius 2
Parvus Thomas 1
Parzniowski Gabriel 1
Patavinus Georgius 2
Pernus Nicolaus Cracovita . . 1
Philopoeus Petrus Widawius . . 1
Pilearski Zacheus 1
Pilznensis Balthasar de Pilzno . 1
Płaza Johannes 1
Płaza Samuel 1
Podrzewski Mathias 2
Ponalecius Matthaeus fr. . . . 1
Ponętowski Johannes 3
Pontificius Laurentius de Biskupice 6
Poznanita Albertus de Poznania 1
Poznanita Rochus de Poznania . 1
Przemyśliensis Matthaeus de Przemyśl, alias Kurkowicz dictus . 2
Racieński Thomas, alias Racieski nuncupatus 4
Ralevius Petrus 1
Reglicius Simeon presbyter . . 1
Romer Adam Stężycius 2
Ronikewius Adam Cleputeliensis 1
Rygwiński Stanislaus 1
Ryjeth Jostus 1
S. G. 1
Sacranus Stanislaus de Oświęcim 1
Sacranus Thomas de Oświęcim . 1
Sawicki Petrus alias Sawicius . 1
Scultetus Georgius Wratislawita . 1
Seidler Joc. de Zell 3
Serafinek Petrus de Sochy . . 1
Sikorski Johannes ordin. Carmelitarum 2
Simnius Paulus a Bnin 1
Siradita malus de Bona Siradia . 3
Ski Albertus 1
Skulski Stanislaus 2
Solidus Johannes Cracovita . . 2
Środanus Stanislaus a Środa . 1
Stanowik de Stanowik 1
Strzembosz Andreas de Damniowice 2
Strzemieńczyk quidam 1
Suszecki Paulus Diengelli . . . 3
Suszyński Felix 3
Szamotulianus Jacobus de Szamotuły 1
T. G. K. 1
Tarczynius Johannes a Tarczyn . 5
Tarnowita Josephus de Tarnów . 1
Tomicki Johannes 2
Uchański Jacobus, primas regni Poloniae 1
Urzędowius Martinus de Urzędów 3
Urzędowius Valentinus de Urzędów 2
Ustiensis Andreas de Uście . . 4
W. B. quidam 1
W. J. quidam 1
Warcab Caspar Radomiensis, alias etiam Cylindrinus nuncupatus . 1
Widawius Valentinus de Widawa, alias etiam Vidaviensis aut Widawita dictus 1
Wielicius Jacobus alias Wieliciensis 1
Wielicius Johannes a Wieliczka 2
Wiślicius Petrus 1
Wiszniewski Vespasianus . . . 1
Wnuk Albertus Sandomirita . . 2
Wojnicius Petrus a Wojnicz . . 1
Wolski Petrus Dunin, episcopus Płocensis 1

Wrześnianus Adam de Września, alias etiam Wresnanus aut Tulichius nuncupatus 5
Wydzierzowski Lucas 4
Zaleski Johannes 1
Zarszyński Johannes de Zarszyn 1
Zawadzki Stanislaus Cracovita, alias etiam Picus nuncaputus . 1
Zell Wolfgangus d'Tzell . . . 3
Zembrzuski Paulus alias Zebruski 1
Zimoszarski Balthazar de Ciechanów seu de Zimoszarz . . . 1
Żnenensis Balthasar de Żnin, alias de Znena s. Snejna 3
Znenensis Job Marci 1
Zobecius Johannes Kazimirita . 1

Plurima sane incunabula, numero scilicet 15, Orzycki quidam largitus est, nam alii magistri et doctores parciores in libris donandis fuisse videntur. Itaque Lazarides dedit—7, Glicius—6, Pontificius—6, Nervicius—5, Tarczynius—5, Wrześnianus—5 exempla... Sed ne haec quidem omnia Cracoviae nova atque incognita erant, siquidem illi 15 libri, quos Orzycki dederat, omnes una ligati, jam pridem mgri Bromirski et Dąbkowski κτῆμα erant, quod et de multis aliis illius temporis incunabulis dici potest.

Idem fere valet de libris vetustissimis, quos magistri et doctores XVII s. bibliothecae reliquerunt:

Augustynkowicz Andreas . . . 1
Bandorkowicz Johannes . . . 1
Behm Michael Cracovita . . . 1
Bohemius Andreas alias Czechowicz 1
Bonikowski Mathias Cracovita . 1
Borecki Albertus alias Borowius 1
Brachowski Paulus 1
Broscius Johannes Kurzelowita . 21
Burszowic Mathias 2
Cynerski Johannes Rachtamowius aut Rachtamowicz 2
Czerski Jacobus Warszawita . . 1
Dąbrowski Albertus Bodzentinus 2
Dobrzyjałowski Mathias . . . 1
Ecclesienses Jacobus et Lucas Antonius ab Ecclesia . , . 2
Everdt Mathias 1
Fontanus Valentinus Trachembergensis seu Smogorzewiensis de Korzeńsko 2
Fusorius Bartholomaeus . . . 2
Garnier (de) Johannes Adamus . 1
Gierlicices Stanislaus de Gorlice . 2
Gilewski Martinus alias Gilewius Cracovita 4
Gołakowski Simeon 2
Golinius Basilius alias Goleń de Golina 1
Gołkowicz Simeon, alias Gołkowic aut Lasoń nuncupatus . . . 6
Gregorowicius Sigismundus Radomscensis, alias Gregerowicz, Grygerowic aut Kosicki dictus 3
Grocholski Valerianus 1
Grzybowski Bartholomaeus Lelowiensis 3
Helcner Simeon Stanislaus Przemyśliensis 1
Ilmanowius Stanislaus Mylcoides 4
Jalbrzykowski Wenceslaus . . 4
Jarczyński Johannes 6
Kalwowicz Albertus 2
Kieloński Wladislaus 1
Komoniowski Adam alias Komoński 1
Konarzowski Matthaeus Kłodawita 3
Korabius Valentinus de Żywiec, vulgo Korab aut Korabik dictus 1
Kościeleccy dni 1
Kosmatka Johannes Kalissiensis . 1

Kotyński Stanislaus Chęcinensis . 3
Kraśnicki Matthaeus alias Krasnicius 3
Krzyżanowski Johannes 1
Kucharski Andreas 1
Kuczewicz Martinus 1
Kudrowicz Kazimirus 1
Kurowski Martinus 1
Kurzelowita Laurentius alias Kurelowius de Kurzelów . . . 2
Kwaśniewicz Mathias Kurzelowita, alias etiam Kwaśny aut Kwaśniowicz dictus 7
Łabęcki Daniel Cracovita . . . 1
Łapiński Johannes 2
Lasowius Albertus de Lasy . . 3
Leopolita Adalbertus fr. . . . 1
Leopolita Erasmus Sixtus de Leopoli 1
Leopolita Octavianus fr. . . . 1
Leopolita Stanislaus de Leopoli . 1
Lipecius Andreas, vulgo Lipecki dictus 1
Machatar Johannes Bapt. Moravus Višovita 1
Makowski Martinus 1
Makowski Simeon Stanislaus . . 5
Manlius Christophorus 1
Marchetti J. medicus 3
Miroszowski Christophorus . . 1
Modliński Gregorius alias Modlenius 1
Mogilnicensis Stanislaus de Mogilnica 1
Mucharski Petrus Jarosławita . 1
Nagoth Johannes Wladislaus . . 1
Naporowicz Andreas 1
Niedziałkowicz Mathias 1
Obersbach Johannes Casparus . 1
Olszyński Basilius 2
Opatowicius Albertus de Opatowiec 1
Ośliński Martinus 2
Ostrowski Johannes Brzeźnicensis 1
Ozdius Thomas Claudiopolitanus 1
P. Johannes 1
Papenkowicz Albertus de Uście Hostiensis. Ostiensis seu Ustiensis, alias etiam Pepenkowius appellatus 1
Papenkowicz Jacobus de Uście Hostiensis, Ostiensis aut Ustiensis alias etiam Papenkowius dictus 1
Petricius Sebastianus Pilznensis . 1
Petrikovius Stanislaus Cracovita (Piotrkowczyk?) 1
Pijański Stanislaus Johannes . . 1
Pilznensis Josephus ordin. s. Augustini 1
Piotrowicki Jacobus Biecensis, alias Piotrowicius dictus 2
Piotrowski Lucas 20
Piwoński Johannes 1
Płaczek Thomas Brzozowius . . 1
Płaza Alexander 1
Płocensis Sebastianus 2
Pograbius Andreas Pilznensis, vulgo Pograbek dictus 5
Porembius Melchior Illkussius de Olkusz 1
Proszowski Petrus Cracovita . . 1
Przemyśliensis Johannes fr. . . 2
Pudłowski Stanislaus 1
Radymiński Martinus Samboritanus 1
Rafałowicz Gregorius Przemyśliensis 2
Ramusz Johannes 2
Ranochowicz Stephanus 1
Renard fr. 1
Rokowski Nathanael 1
Roszczewicz Adam Słupcensis . 1
Rybkowicz Johannes 1
Schonaeus Andreas Głogowita . 9
Sebaldt Andreas 3
Sieprski Lucas 4
Sigonius Daniel Lelowiensis . . 1
Siradita Johannes fr. 1
Skrobkowicz Johannes Ludovicus Cracovita 2

Słoskowski Adamus Rzeszowius . 1
Sokoliński-Drucki Johannes Kazimirus 1
Sołkowski Lucas & Andreas . . 1
Sporecius Mathias 1
Stalicki Valentinus 2
Stanislaus quidam 1
Starnigelius Zacharias de Łowicz 5
Starowolski Simeon 2
Stellanowicz Christophorus . . . 1
Steller Jacobus 1
Straszyński Kazimirus de Kanty 1
Strażyc Albertus Kańczuganus . 6
Stryjewicz Sebastianus 4
Sułkowski Bartholomaeus . . . 1
Syrenius J. 1
Taralicz Sebastianus Josephus . 1
Tarczynius Philippus 1
Temberski Stanislaus Cracovita . 15
Trętkowski Thomas 3
Ustiensis Jacobus de Uście, alias etiam Ostiensis aut Hostiensis dictus 1
Ustiensis Simeon de Uście . . 2
Wadaczowicensis Stanislaus, alias etiam Wadaczewski nuncupatus 3
Valentinus quidam 1
Waśniowski Albertus 1
Wieczorkowski Stanislaus . . . 13
Wilkowski Materius 1
Wit dnus 1
Vitellius Jacobus Przeworscensis 4
Włodkowicz Albertus Radomyśliensis 1
Wojnicius Stanislaus de Wojnicz 6
Wrzeszcz Nicolaus 1
Zaborowski Johannes 6
Zajączkowski Julius Rudolphus . 1
Zatorski quidam 1
Żelechowski Wladislaus . . . 1

Jam hic numerus magistrorum et doctorum, nec non incunabulorum, quae donata sunt, si superiorum temporum ratio habetur, multo minor apparet, unde eos in librariis suis jam pauca tantum incunabula habuisse eaque minus versasse conjicias. Plurima sane habuerunt exempla: Broscius — 21 et Piotrowski — 20; pauciora alii: Temberski — 15, Wieczorkowski — 13, Schonaeus — 9, Kwaśniewicz — 7, Gołkowicz — 6, Jarczyński — 6, Strażyc — 6, Wojnicius — 6, Zajączkowski — 6..., quorum pars non parva ab eorum in Universitate Jagellonica praedecessoribus jam antea legata erat. Itaque illa 15 incunabula Temberscii olim mgr. Bromirski, deinde Dąbkowski et Orzycki possidebant.

Etiam XVIII s. spatio minorem incunabulorum numerum a magistris et doctoribus nostris bibliotheca accepit:

Bogucicki Josephus Kantius . . 2
Cetner J. 1
Choroszowicz Johannes Chrysostomus 1
Czekajski S. 1
Jarmundowicz Kazimirus . . . 2
Kałuski Petrus 1
Krzyżanowski Thomas 1
Marinus Callistus Pisaurensis . . 1
Miciński Adalbertus 1
Montanus Camillus 1
Ostrowski Kazimirus 1
Pietrzyniec Hyacinthus Augustinus Johannes Kantius Cracovita, alias etiam Pietrzeniec scriptus . . 2
Piorowski Antonius, alias Pierowski scriptus 1
Płecki Thomas Kantius . . . 4
Rembecki Michael Josephus . . 1
Sikorzyński Adalbertus Antonius 1
Sławoszewski Johannes 1
Stochowicz quidam 1
Swaryński Josephus 1
Zieliński Josephus 1

Sed in hoc tam parvo incunabulorum numero exstant nonnulla, quae jam antea bibliothecae Jagellonicae propria erant, e. g. incunabulum a dre Bogucicki donatum, antiquum bibliothecae κτῆμα est, quod olim mgr. Sommerfeld Collegio majori legaverat.

Item non longa est series incunabulorum, quae s. XIX bibliotheca comparavit, quamquam nostro seculo ea acquisitio jam aliam viam atque rationem iniit:

Bandtke Georgius Samuel Lublinensis	6	Jankowski de regno Poloniae	1
Bromirski Leo	2	Januszkiewicz quidam	3
Bzowski Stephanus de regno Poloniae	3	Kaczkowski Romualdus	1
Dąmbski Wladislaus	1	Kraiński prof.	1
Dobiecki Wojciech	18	Krasiński Adamus Stanislaus	2
Frankowski de regno Poloniae	3	Michałowski Ludovicus	13
Grabiński Valentinus	1	Pauli Żegota	1
Hube Romualdus	7	Przybylski Hiacynthus Aegidius	1
Hubicki Romanus	1	Schindler Johannes Baptista	4
Jakubowski Josephus	3	Wentzl Conradus Cracovita	1
		Zatorski Maximilianus prof. Universitatis Jagellonicae	1

Et in hoc numero sunt nonnulla exempla, quae olim bibliotheca jam possidebat; itaque duo incunabula a Dno Bzowski a. 1883 dono data, cum jam olim mgri Sommerfeld-Aesticampiani propria fuissent, deinceps in alienas manus pervenerunt. Eandem fortunam alii quoque libri illius viri celeberrimi et de literis humanitatis meritissimi passi sunt; nam tria ejus incunabula possedit deinde mgr. Mich. Wratislawita, unum Jastrzębski, unum mgri Muscenius-Kurzelowita et Oczko-Warszawita! Etiam aliorum magistrorum et doctorum Cracoviensium libris id evenit, ut a magistris et scholaribus per manus traditi tandem quasi in portu »in bibliotheca publica Collegii majoris Universitatis Cracoviensis« tutum perfugium invenirent.

Nihilominus tamen ex iis, quae supra attulimus, plane elucet, eam bibliothecae Jagellonicae partem, quae nunc »Incunabula« vocatur, verum illud ejus ornamentum et decus, fere totam ex munificentia veterum magistrorum et doctorum Cracoviensium natam esse. Maximam librorum copiam, ut supra demonstravimus, Świętopelk, Sommerfeld et Czepel largiti sunt; multi autem eorum collegae et amici, qui s. XV et XVI et postea in Universitate docebant, hanc munificentiam pro virili parte sunt imitati. Qui libri ab eis donati eo magis nostros animos detinent, quod ii, qui eos olim possidebant, suis ipsorum manibus manifesta vestigia fecerunt, quibus dilucide apparet, cujusnam κτῆμα fuerint.

Horum vestigiorum duo genera in hac editione accuratius depingenda et illustranda curavimus.

Nam primum nominum, quae librorum possessores suis manibus subscripserant, accuratam descriptionem et imaginem depinximus; neque tamen omnia, quae exstant nomina, excudi placuit, sed omissis aliis eos tantum magistros et

doctores XV s. exeuntis et XVI ineuntis delegimus, qui cum opusculum quoddam aut typis mandassent aut manu scriptum reliquissent, non solum docendo, sed etiam libris scribendis et edendis gloriam quaesiverunt. Huc pertinent magistri et doctores: Behem-Cracovita, Biem-Ilkussius, Joh. Głogowita, poëta Krosnensis, Joh. Leopolita, Parisiensis de Bystrzyków, Sommerfeld-Aesticampianus, Tauchen-Nissanus, Tuliszek de Tuliszków, Leonard. Vitreator et Mich. Wratislawita.

Deinde etiam armorum et signorum depictas imagines attulimus, quae quidem ipsi librorum possessores aut in illis depingenda aut in ligatura exprimenda curaverant, sive sunt magistrorum et doctorum nobili loco natorum arma, sive signa virorum urbanae aut plebejae originis. Cum autem novissimis nostrae aetatis temporibus de nobilitatis Polonorum et armorum, ut affirmatur, polonica origine novae et diversissimae sententiae prolatae sint, hanc nostram curam, qua arma et signa in antiquissimis bibliothecae Jagellonicae libris impressis depicta huic editioni adjunximus, eis, qui in eam rem diligentius inquirere velint, non ingratam fore speramus.

Item notitias varias, ab ipsis positas, fere omnes, paucis tantum omissis, addidimus. Quae cum varii argumenti sint, tamen maximam partem palaeopolonicae linguae reliquias continent; neque tamen desunt aliae notae, quae ad res gestas, literarum studia, mores etc. spectant. Quae quidem mgr. Sommerfeld extremo vitae tempore de valetudine sua in uno de incunabulis suis scripsisset, cum jam supra attulissemus, hic paucas tantum easque gravissimas adnotationes addi placuit; omnes enim ordine proferre neque hujus loci neque temporis est.

Itaque in uno incunabulorum exemplari (Magi. nr. 1830) »occasione expugnatae 1. VI a. 1485 a rege Mathia Corvino Viennae« carmen laetum sex egregiis versibus a mgro Głogowita jam brevi post, nam »in octava Corporis Christi«, id est 9. VI ejusdem anni, compositum deprehendimus.

Alii autem incunabulo intus charta ingens agglutinata est, qua maximis, distinctis proculque conspicuis literarum formis gothicis haec indicta sunt: »Cras post primam missam ad s. Annam mgr. Johannes Wels de Poznania, bacc. in medicinis, has infrascriptas ordinarie disputabit quaestiones. Quarum prima erit haec: Utrum lumen in diaphano sit qualitas vel corpus? Secunda erit: Utrum ars militaris viros septentrionales debeat eligere potiores? Duobus sophismatibus juxta consuetudinem praedisputatis. In lectorio superiori«. Inde minime dubium est, quin ille Wels de Poznania, baccalaureus in medicinis, postea doctor et professor medicae facultatis, cum ejusmodi quaestionibus de naturae rebus investigandis collegarum et scholarium animos occuparet, is vir esset profecto, qui doctrinae, cui ab adulescentia totum se dederat, dignitatem et majestatem non solum servare, sed et augere posset.

Denique haec quoque notitia digna est memoratu. Notum est nunc per totam Poloniam proverbium sive dictum:

Polski most,
Niemiecki post,
Włoskie nabożeństwo:
Wszystko to błazeństwo!

Hanc tam brevem carminis formam in libro demum Risinii, cui inscriptum est »Przypowieści« a. 1629 edito, inveniri dr. Adalberg in egregio opere, cui titulus est: »Księga przysłów, przypowieści i wyrażeń przysłowiowych polskich« p. 419) auctor est. At in pretioso et integerrime asservato exemplari Schedelii »Liber chronicorum«, (nr. 460). Norimbergae a. 1493 impresso, quod olim Tomicii episcopi fuerat, nunc ex ejus munificentia bibliothecae Jagellonicae pulcherrimum decus est, idem carmen circa a. 1530 ab ipso Tomicio aut a quodam ex ejus secretariis aut cappellanis latine conscriptum, hanc multo uberiorem formam praebet:

Devotio in Italia,
Paupertas in Venetia,
Alemanorum jejunia,
Religio in Bohemia,
Fides in Ungaria,
Humilitas in Austria,
Castitas in Bavaria,
Simplicitas in Suevia,
Veritas in Slesia,
Ruthenorum consilia,
Pruthenorum homagia,
Pons in Polonia,
Cibaria in Marchia,
Cervisia in Erfordia,
Formosa mulier in Aethiopia:
Nihil valent haec omnia!

Praeterea inter vestigia, quae magistri nostri, praesertim autem scholares et baccalaurei Cracovienses, in incunabulis reliquerunt, id quoque non spernendum numerari debet, quod non paucos libros Cracoviae suis manibus illuminaverunt, multo plures autem ligaverunt. Quod minime mirum est, cum omnium Universitatum, ubicumque exstarent aut conderentur, scholares et omnes personas, quae »membra Universitatis« esse putarentur, medii aevi monachorum exempla imitatos, libros manuscriptos, post artem typographicam inventam vero etiam impressos suis manibus illuminasse et ligasse, aliunde satis constet. Idem mos apud nos evaluit.

Illuminatorum quidem duo tantum nomina sua ad memoriam posteritatemque prodiderunt: Jacobus Jeżowski de Jeżów et Valentinus Pilznensis de Pilzno.

Quorum Jeżowski, Nobilis de armis Sierp et sb a. 1484 scholaris Cracoviensis ac per tres annos (usque ad a. 1488) servitor mgri Świętopełk, ad usum domini sui »Bibliam s. latinam« ex a. 1480 (nr. 1734) illuminavit, cujus in fronte arma sua Sierp in scuto cum literis J.(acobus) J.(eżowski) nitidissime depinxit. Verisimillimum est alia quoque incunabula, a dre Świętopełk donata, quae quidem literas initiales adpictas habent, ab eodem esse illuminata.

Valentinus Pilznensis autem, civis de signo Lis in scuto, sive potius Lis paterno nomine nuncupatus, scholaris Cracoviensis erat ab a. 1474, magister ab a. 1480. Qui »per sex dies tempore quadragesimali a. Dni 1480, cum stetit in bursa Jerusalem«, illuminavit Avicennam a. 1476 impressum (nr. 670), item alium Avicennam, a. 1479 impressum (nr. 669), quem dri Łabiszynio ad usum dedit. Eum alios quoque libros impressos, ita tamen ut nomen suum in eis non scripserit, illuminasse jure conjicias.

Multo plura exstant incunabula, quae a magistris Cracoviensibus nec non a scholaribus et baccalaureis ligata erant. Quin etiam dubitamus, num usquam inveniatur bibliotheca Universitatis, quae tanta multitudine librorum a magistris et scholaribus s. XV exeunte et XVI ineunte ligatorum gloriari possit.

Primo loco ante omnes nominandi sunt ii, de quibus supra dictum est. Jeżowski de armis Sierp et Pilznensis de signo Lis: nam uterque libros non solum illuminabat, sed etiam ligabat. Quamquam enim Jeżowski in libris, quos ligavit, nomen suum nusquam prodidit, tamen libros olim dris Świętopełk proprios, quorum quidem literae initiales sunt illuminatae, illuminator vero aut bibliopega ignoratur, ab eo esse ligata, maxime probabile est.

Pilznensis autem in cornibus aut secundum marginem ligaturae, rarissime etiam in dorso librorum, quos ligaverat, signum Lis in scuto aut Lis in scuto et rhombo cum literis M.(gr.) P.(ilznensis) exprimere solitus est. Multos ille eo modo ligavit libros in usum mgri Świętopełk, aliquot etiam magistris Biel, Gromadzki, Leopolita, Sommerfeld, Szyszka et aliis, ex quo eum libros ligando et illuminando non paucos annos vitam sustentasse apparet.

Simili modo in cornibus aut secundum marginem corii ligaturae nomina aut signa exprimebant alii quoque scholares, baccalaurei et magistri Cracovienses, qui eo tempore libros ligabant, bibliopegarum vice functi: A. H. de signo Aquilae cum corona et literis H. A. in scuto, Bylina seu Belina, Joh. Cracovita, Falco (Chwałko?), Grzymała, Jelonek, Johannes de s. Johanne, Lwowecensis, Lithuanus de signo Pogonia, Malleolus, Marcus de s. Marco, Procopiades de Szadek, Psitacus de Rivulo dominarum, Q. (Quinquecclesiensis de Nissa?) de signo Aquilae bicipitis cum litera Q. in scuto, S. de signo proprio, Simius, Ślepowron, Wąż de signo Wężykowie aliique scholares neque nomine neque genere noti, qui in tegumentis diversissimas aquilas exprimebant, cum corona et sine corona, in scuto, circulo, rhombo, quadrato etc., quae omnia signa una collecta in editione nostra sub voce »Introligares« (p. 236 sqq.) depingenda curavimus.

Tempore vetustissimus fuisse videtur Joh. Cracovita, in adulescentia scholaris, deinde »servus civitatis et introligator«. In ligamentis solebat ille exprimere aut Aquilam cum corona et literis I.(ohannes) C.(racovita) in scuto, aut Aquilam cum corona sine literis I. C. in scuto, aut denique Malleolos majores aut minores cum literis I. C. in scutis.

At cognitione et memoratu maxime omnium dignus est Nicolaus Procopiades Szadkovius, ab a. 1504 scholaris, ab a. 1512 artium magister Cracoviensis. Genere ille quidem erat civis de signo Strutionis pennae cum stellulis, sed cum a. 1504 pauper scholaris Cracoviam venisset, initio socius introligatoris Q. de signo Aquilae bicipitis erat. Mox cum introligator Q. urbem reliquisset, postquam, ut videtur, suppellectilem libris ligandis destinatam hereditate accepit, suo nomine libros ligabat, in quibus imprimebat initio Aquilam bicipitem in scuto, postea Aquilam bicipitem cum litera S.(zadkovius) in scuto, denique ab a. 1512, cum jam magister esset, Aquilam bicipitem cum literis M.(gr.) N(icolaus) S.(zadkovius) in scuto. Ea igitur vitae ejus conditio fuisse videtur, ut libros ligando res ad victum cultumque necessarias sibi pararet. Posteriore tamen tem-

pore († 22. XII 1564) Procopiades doctoris gradum assecutus s. theologiae professor erat et annis 1548—1561 novies rectoris Universitatis Jagellonicae munere fungebatur. Singularem profecto virum, qui in adulescentia pauper scholaris et bibliopega, in senectute iterum atque iterum Magnificus studii generalis Cracoviensis fuerit!

Hactenus de ligatura incunabulorum. Non opus est sane addere. Cracoviensium tantum bibliopegarum nos rationem habuisse, quorum quidem signa in ligaturis ab illis factis ad nostra tempora integra asserventur. exteras ligaturas, quae in bibliotheca Jagellonica exstant, silentio praetereuntes. Neque desunt etiam in his quaedam, quae memoratu digna putamus. Itaque librorum a dre Czepel olim donatorum vix paucissimi Cracoviae ligati erant, partim antequam a. 1504 Romam profectus est, partim circa a. 1522, cum post mortem († 0. IV 1518 Romae) libri ejus Cracoviam transportati essent; omnes vero reliqui, qui quidem integri ad nos pervenerunt. Italica tegumenta prae se ferunt.

Unum denique restat, quod hoc loco paucis explicandum esse censemus. Qui quidem primitus impressi libri numero sane non spernendo 3000 vel potius 2400 incunabula in bibliotheca Jagellonica asservantur, eorum fere quingenta Hainio, cum singulare opus »Repertorium bibliographicum« conscriberet ederetque, nota erant, quae tamen, cum secundum varios impressos jam tum libros bibliographicos et bibliothecarum catalogos descripsisset, suis oculis numquam vidit. Ea in nostra editione ita distinguenda curavimus, ut numero, quo nunc in bibliotheca signata sunt, adnotatio: »cf. Hain« et numerus »Repertorii« adjecta sint. Sunt tamen in bibliotheca Jagellonica complures libri s. XV exeunte impressi, quorum quidem Hainius nullam notitiam habuit. Quos literarum ordine dispositos hic subjicimus:

Accoltus. Commentaria super titulo de acquirenda possessione. Papiae, impr. per Christoph. de Canibus, 1494, fol. maj. (989).

Aesopus graecus, per Laur. Vallensem traductus. (Parisiis), s. a., 4to. (366).

Albeldensis. Illustrium virorum opuscula. Parisiis, impr. Jeh. Petit, 1500, fol. (652).

Albertus M. De anima. Venetiis, impr. per mgrum Raynaldum de Novimagio. 1481, fol. (434, 1651, 2383. 2384, & 2629, 5 exemplaria!).

Altissiodorensis. Aurea Summa in Sententiarum libros. Parisiis, paravit Franc. Reginaldus, s. a. (1500? an posterius?), fol. (2307).

Ambrosius s. Super Epistolas Pauli. (Basileae. 1492?), fol. (496).

Andreae A. Quaestiones super XII libros Metaphysicae Aristotelis. S. l. & a. (1492 ?), fol. (503 & 1697, 2 ex.!).

— Scriptum aureum super Metaphysicam Aristotelis. Venetiis, impr. per Joh. Rubeum Vercellensem, 1496 die 8 Februarii, fol. (?, hodie desideratur!).

Andreae J. Lectura super arboribus consanguinitatis. S. l. & a., fol. (1245).

Andrelinus P. F. De obitu Caroli VIII. (Parisiis), s. a., 4to. (371).

— De moralibus et intellectualibus virtutibus panegyricum carmen. (Parisiis), s. a., 4to. (372).

Aquinas s. Scripta super quatuor Sententiarum libros. (Basileae), impr. in officina Nicol. Kessler, 1492, fol. (1587, 1946, 1947 & 1948, 4 ex!).
— Tractatus perutilis de unitate intellectus. (Venetiis, impr. Raynaldus de Novimagio, 1471?). fol. (436).
Argentinensis Th. Scripta super quatuor libros Sententiarum. I—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490. fol. (1721, 1722, 1723, 1724, 1725, 2321 & 2325, 7 ex.!).
— Item. I—II. Ibidem, 1490, fol. (1726, 1727, 2322, 2323, 2326 & 2327, 6 ex.!).
— Item, III—IV. Ibidem. 1490, fol. (1728, 1729, 1730 & 2324, 4 ex.!).
Aristoteles. Opera, cum commento Averrois. S. l. & a., fol. (602).
— Libri quatuor De coelo et mundo. Lipczk. impr. per. bacc. Wolfg. Monacensem, 1500. fol. (?, hodie desiderantur!).
— Parva naturalia. De generatione et corruptione. S. l., 1488 tertio Nonas Martii, fol. (?, hodie desiderantur!).
— Traductio nova Problematum Aristotelis. Mantuae, impr. per Joh. Vurster et Joh. Baumeister. (1471?). fol. (610).
Textus libri Perihermenias. S. l. & a (Lipsiae, impr. Mart. Herbipolensis). fol. (1448).
— Posteriorum analeticorum libri duo. S. l. & a., fol. (2219).
Astesanus. Textus Canonum poenitentialium. S. l. & a., 4to. (11.774 Theol.).
Augustinus s. De meditatione liber. S. l. & a., (Argentorati, impr. c. 1474 aut antea), fol. min. (1703).
— Omnes libri. S. l. & a., (Cracis, Günther Zainer impr., 1475), fol. (1987).
Soliloquiorum liber I & II. S. l. & a., (Augustae Vindel., impr. Günther Zainer, c. 1471), fol. min. (4944 Theol.).
— Confessionum libri XIII. Daventriae, impr. per Rychardum Paffroed. 1483, 4to (142).
— De trinitate. S. l., (Basileae), impr. per Joh. Amerbach, 1489 Idib. Februarii, fol. (?, hodie desideratur!).
— De civitate Dei libri XXII. Venetiis, impr. per Bonetum Locatellum sumpt. Octav. Scoti Modoet., 1486 quinto Idus Februarii, 4to (144).
— Florigerus ex plerisque libris b. Augustini. S. l. & a., (Coloniae, impr. Joh. Koelhoff. c. 1475), fol. (1071 & 1592, 2 ex.!).
Averroes. Commentum super Aristotelis libros Ethicorum. S. l. & a., (Venetiis, impr. per Andr. de Asula et Barthol. Alexandrinum), fol. (605).
Avicenna. Cantica, cum commento Averrois. Venetiis, impr. per Petrum Manfer et Nicol. de Contengo Ferrariensem. 1484. fol. (675 & 1714, 2 ex.!).
Basilius M. De studio poëtarum et oratorum. S. l. & a., 4to. (225 & 2409, 2 ex.!).
Beckenhaub. Tabula super libros Sententiarum. S. l. & a., fol. (774).
— Tabula super libros Sententiarum. S. l. & a. (1499), fol. (777, 2167 & 2376, 3 ex.!).
— Tabula super libros Sententiarum. S. l. & a., fol. (785).
— Tabula super libros Sententiarum. S. l. & a., fol (782 & 2165, 2 ex.!).
Bellovacensis Vinc. Opuscula. Basileae, impr. per Joh. Amerbach, 1481, fol. (747).
— Speculum doctrinale, lib. I—XVIII S. l. & a., fol. maj. (1601).
Speculum doctrinale, lib. I—XVIII

Nurembergk, impr. per Ant. Kobergers, 1486, fol. maj. (1608 & 2407, 2 ex.!).

— Speculum doctrinale. Venetiis, impr. impensis Hermanni Liechtenstein, 1494, fol. (1600).

— Speculum historiale, pars I lib. I—V. S. l. & a., fol. maj (1610).

— Speculum historiale, pars II seu lib. XI—XXI. S. l. & a., fol. maj. (1597).

— Speculum historiale, pars I & II. (Argentorati), impr. per Joh. Mentelin, (1473), fol. maj. (1603).

— Speculum historiale, pars III & IV. (Argentorati), impr. per Joh. Mentelin, 1473 quarta die Decembris, fol. maj. (1609).

— Speculum historiale. Nurenbergae, impr. per Ant. Koburger, 1483, fol. maj. (1602, 2102 & 2410, 3 ex.!).

— Speculum historiale. Venetiis, impr. cura Hermanni Liechtenstein, 1494, fol. (1611).

— Speculum morale. S. l. & a., fol. (1613).

— Speculum morale. Nurembergk, impr. per Ant. Kobergers, 1485, fol. maj. (1612).

— Speculum morale. Venetiis, impr. impensis Hermanni Liechtenstein, 1493, fol. (1599).

— Speculum naturale, lib. I—XVIII. S. l. & a., fol. maj. (1605 & 2048, 2 ex.!).

— Speculum naturale, lib. I—XVIII. S. l. & a., fol. maj. (1606).

— Speculum naturale, pars II seu lib. XIX—XXXIII. S. l. & a., fol. maj. (1604).

— Speculum naturale, pars II seu lib. XIX—XXXIII. S. l. & a., fol. maj. (1607).

— Speculum naturale. Venetiis, impr. impensis Hermanni Liechtenstein, 1494, fol. (1598).

— Liber de eruditione filiorum regalium. S. l. & a.. (Rostochii, apud fratres Congregationis domus viridi horti, 1476?), fol. (?, hodie desideratur!).

Bellovisus. De declaratione difficilium dictorum et dictionum in theologia et philosophia. S. l. & a., explicit die penultimo Maji, fol. (855).

Beroaldus. Carmen de die Dominicae passionis. Parisiis, impr. per mgrum Ant. Denidel, s. a., 4to (378).

Biblia s. latina. S. l. & a., fol. (753).

— vulgar historiata (italica). Venetia, stampata par Guigl. da Trino de Monferato, 1493 a di xxiii de Aprile, fol. (6780 Theol.).

— pauperum xylografica. S. l. & a., impr. c. 1460—1475, fol. (?, hodie desideratur!).

Boccatius. Il Filocolo. (Milano), impr. per Philippo de Lauagnia soto sui Alamani impressore del ello, s. a., fol. (1423).

— Genealogia deorum. Vincentiae, impr. per Sim. de Gabis Papiensem, 1487, fol. (762).

Boëthius. De consolatione. Venetiis, impr. per Joh. de Forlivio et Greg. fratres, 1491, fol. (?, hodie desideratur!).

— De disciplina scholarium. S. l., 1500 xviij mensis Augusti, 4to. (48 Paedag.).

Bonaventura s. Quaestiones super Imo Sententiarum libro. S. l. & a., fol. (775 & 2161, 2 ex.!).

— Quaestiones super IIdo Sententiarum. S. l. & a., fol. (776).

— Perlustratio in archana IIItii Sententiarum libri. S. l. & a., fol. (6862 Theol.).

— Perlustratio in Imum Sententiarum. S. l. & a. (1493), fol (783 & 2166, 2 ex.!).

— Disputata in Imum Sententiarum librum. S. l. & a., (1499), fol. (778, 2168 & 2377, 3 ex.!).
— Prima pars hujus operis, videlicet disputata in Imum Sententiarum librum. S. l. & a., (Nurenbergae, impr. Ant. Koberger), fol. (786).
— Secunda pars hujus operis, scilicet IIdi Sententiarum, cum disputatis. S. l. & a., (1499), fol. (779, 2169 & 2378, 3 ex.!).
— Secunda pars hujus operis, scilicet IIdi Sententiarum, cum disputatis. S. l. & a., fol. (787).

Brixiensis Barth. Casus Decretorum. S. l. & a., fol., (719).

Burlaeus. Super Artem veterem Porphyrii et Aristotelis. Venetiis, impr. per Andr. Catharensem, 1492, fol. (516).
— Super Artem veterem Porphyrii et Aristotelis. S. l. & a., fol. (1786).

Caesar C. J. Commentarii, recogniti per Philipp. Beroaldum. Bononiae, impr. Benedict. Hectoris, 1500 (?, 1504?), fol. (2226).

Cajetanus Th. In Porphyrii Praedicabilia ac Aristotelis Praedicamenta. Venetiis, in officina mgri Petri Cremonensis, 1494, fol. (?, hodie desideratur!).

Casus longi super Institutis. S. l. & a., fol. maj. (2042).
— papales. S. l. & a., (Romae, c. 1480), 4to. (9390 Theol.).

Cepolla. De servitutibus urbanorum et rusticorum praediorum. S. l. & a., (Romae, 1472?), fol. maj. (702).
— Tractatus servitutum rusticorum praediorum. S. l. & a., (Romae, 1472?), fol. (703).

Cicero. De finibus bonorum et malorum libri. S. l. & a., (Venetiis, 1494), fol. (871).
— De legibus. S. l. & a., fol. (1270).

Cleonides. Harmonicum introductorium. Florentiae, 1496, fol. (2311).

Consuetudines feudorum. S. l. & a., (Argentinae, impr. Henr. Eggensteyn, c. 1472), fol. maj. (1369, 2357, 2 ex.!).

Copulata Veteris artis. S. l. (Coloniae, impr. Henr. Quentell), 1500, fol. (612).
— Novae logicae. Coloniae, opera H. Quentell, 1499, fol. (611).
— Novae logicae. (Lypczk, impr. per bacc. Wollf. Monacensem), 1500, fol. (1951).

Corsetus. Singularia et notabilia. Venetiis, impr. per Bernard. de Tridino de Monteferrato, 1499, fol. maj. (1757).

Cuba de Caub. Hortus sanitatis. S. l. & a., fol. (1305).

Cursus optimarum quaestionum. (Coloniae, impr. Henr. Quentell), fol. (2431).

Decisiones antiquae et novae dnorum de rota romana. (Romae, impr. per Sixtum et Georg. Alemanos, 1483), fol. (1764).

Defensorium ecclesiae. S. l. & a., fol. (1193).

Diegovillanus. Contra haereticam pravitatem. (Romae, impr. Hugo Gegenbach), s. a., fol. maj. (2105).

Dorbellus. Logica brevis. S. l. & a., fol. (1292).

Eliacus. De anima tractatus et sermones. (Bruxellis, apud fratres vitae communis, c. 1480), fol. (1395).

Exercitium puerorum grammaticale. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1499 sexto Martii, 4to. (313).

Faber W. Practica. (Lipsiae), s. a., 4to. (30).
— Practica teutsch 1495. (Lipsiae), 4to. (2268).

— Practica teutsch pro a. Dni 1498. (Lipsiae), 4to. (275 Math.).
– Kalendarium pro a. 1498. (Lipsiae), fol. maj. (1978).
Falconia. Excerptum e Maronis carminibus. (Venetiis, 1472), fol. min. (1055).
– Centones. Oppenheym, s. a. (1500), 4to. (2639 Philol. lat.).
Ferrarius Joh. P. Practica nova judicialis. Lugduni, impr. Matheus Husz Allemanus, 1487 quarta die Novembris, fol. min. (967).
– Practica nova judicialis. Venetiis, impr. per magrum Andr. de Papia, 1492 die octavo Decembris, fol. maj. (1147).
Festus S. P. De verborum significationibus. Brixiae, impr. per Boninum de Boninis de Ragusia, 1483 xviij die Junii. fol. (1302).
Fliscus H. Ad Innocentium VIII oratio dicta a. Dni 1485 die 27 Aprilis. (Venetiis, 1485), 4to. (6616 Hist.).
Flores legum. (Parisiis, impr. Jeh. Petit, 1500), 16mo. (4278 Jus).
Fontanus Joh. Fons theologiae. S. l., 1479 die Decembr. undecima, fol. (856).
Forlivius Jac. Expositio super libros Tegni Galeni. Venetiis, impr. arte Boneti Locatelli, impensa vero Octav. Scoti Modoet., 1495 Kalendis Martii, fol. maj. (1139 & 2606, 2 ex.!).
— Expositio in Imum Canonis Avicennae. S. l. & a. (c. 1475), fol. maj. (1132).
Fulginas Expositio super Imam Fen VIti Canonis Avicennae. Venetiis, impr. per Bapt. de Tortis, 1490 die xxiiii Januarii, fol. maj. (1498).
Gallus Alex. Doctrinale, pars I. S. l. & a., (Ultrajecti, c. 1470), 4to. (2269).
– Prima pars Doctrinalis. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1491 Idibus Augusti, 4to. (341).
— Secunda pars Doctrinalis. Lyptzk, impr. per bacc. Wolfg. Stoeckel de Monaco, ad impensas Joh. Haller, 1500, 4to. (?, hodie desideratur!).
Garlandiensis. Textus aequivocorum. (Coloniae, impr. Henr. Quentell), 1495 die xxviij mensis Aprilis, 4to. (203).
— Verborum deponentialium tractatus. S. l. & a., 4to. (206).
Geber. Liber, qui flos naturarum vocatur. S. l. & a., 4to. (5621 Medic.).
Gerson. De consolatione theologiae. Coloniae, impr. per Joh. Koehlhoff de Lubeck, 1488, fol. (1665).
— De custodia linguae. (Coloniae impr. Ulr. Zell), s. a., 4to. (2295).
— De simonia, fol. (?, hodie desideratur).
— Donatus moralisatus. S. l. & a., fol min. (1069 & 1806, 2 ex.!).
Gesta romanorum. S. l. & a., fol. maj. (307).
Giudicius. Oratio. (Romae, 1479), 4to. (6417 Hist.).
Głogowita Joh. Exercitium super omnes tractatus Parvorum logicalium P. Hispani. Lipsiae, ad impensas Joh. Haller impr. per bacc. Wolfg. Stoeckel Monacensem. 1500, 4to. (277 Philos. pol., 2596, 2608, ?, ?, ?, ?., 7 ex., quorum 4 hodie desiderantur!).
– Kalendarium Cracoviense pro a. Dni 1500. (Lipsiae, impr. per Mart. Landsberg de Herbipoli), 4to. (288 Kalend.).
Gondanus. Expositio misteriorum missae. Argentinae, impr. per Math. Hupffuf, s. a., 4to. (9510 Theol.).
Goudensis. Odę. Parrhisiis, impr. opera atque impensa Guidonis Mercatoris 1497 xiij Kalendas Februarias, 4to. (381).

Gregorius I. Exceptiones ex opusculis b. Gregorii. S. l. &. a., 4to. (363).

Gregorius IX. Decretalium libri. Venetiis, imp. per Raynaldum de Novomagio, 1489 sexto Kal. Junii, fol. maj. (835).

Guarinus. Grammaticales regulae. Venetiis, impr. per Nicol. dictum Castilia, 1488 die viiii mensis Agusti (!), 4to. (51).

Harderwicensis. Epitomata totius Naturalis philosophiae. Coloniae, characterisata per Henr. Quentell 1496 predie Cal. Martias, 4to. (2463 Philos.).

Herolt. Sermones Discipuli de tempore et sanctis. Coloniae, 1492, 4to. (5337 Theol.).

Hesiodus. Opera et dies, Georgicon liber. Parisiis, impr. per Ant. Denidel, s. a., 4to. (365).

Hispanus Andr. Regula decimarum. Parisius, impr. per Joh. Lambert, s. a. (ante 1500 ?), 16mo. (4859 Jus.).

Hundt Magnus. Expositio octo partium orationis. Liptzk, impr. per Conr. Kachelofen, 1490, 4to. (58).

Ingenuus Mars. Quaestiones super Sententiarum libros, I & II. (Argentinae, ex off. Mart. Flach Junioris, 1500), fol. (1259 & 2067, 2 ex.!).

Insulanus Al. Doctrinale altum. Lubek, impr. 1493, 4to. (126).

Interpretatio scholastica Novae logicae. Coloniae, opera ac impensis Henr. Quentell, 1490, fol. (1950).

Interpretationes hebraicorum nominum. S. l. & a., fol. maj. (1182).

Johannes Carthus. Epistolae perutiles. S. l. & a., 4to. (35).

Justinianus imper. Digestum vetus. S. l. & a., fol. maj. (1795).

Kalendarium Cracoviense a.1474. (Cracis, impr. G. Zainer), fol.maj. (1998).

— Dominus nobis pro a. Dni 1476. S., l., fol. maj. (2625).

— Wratislawiense pro a. Dni 1495. S. l., fol. maj. (1979).

Laetus Pomp. Romanae historiae compendium. S. l. & a., 4to. (2266).

Latensis Bonetus. Judicium a. Dni 1493. Romae, 4to. (390).

Latoszyński. Facultas absolvendi. (Norimbergae, impr. per Ant. Koberger, 1489?), fol. min. (1995 & 9507 Theol. pol., 2 ex.!).

Lectiones et suffragia de ss. Joachim et Anna. S. l. & a., fol. (1692).

Lochmajer. Parochiale curatorum. Liptzk. impr. per Conr. Kachelofen, 1498 4to. (?, hodie desideratur!)

Lombardus P. Textus Sententiarum. S. l. & a., fol. (1963).

Lucianus Sam. Dialogus per Acheronta transvehi. S. l. & a., 4to. (219).

— — S.l. & a., 4to. (?, hodie desider.!).

— Dialogus Caron. S. l. & a., 4to. (220).

Lyranus. Postilla, I. (Argentorati, impr. Joh. Mentelin, c. 1472/73), fol. maj. (1814).

— Postilla, II. Argentorati, impr. Joh. Mentelin, c. 1472/73, ni prius), fol. maj. (1815).

— Postilla, I (?). S. l. & a., fol. (1238).

— Postilla, II (?). S. l. & a., fol. (1237).

— Postilla, III (?). S. l. & a., fol. (1231).

— Postilla, IV (?). S. l. & a., fol. (1234).

Macrobius. In Ciceronis Somnium Scipionis. Brixiae, impr. per Boninum de Boninis de Ragusia, 1485 die ultimo Maji, fol. (1431).

Manuale parochialium sacerdotum. S. l., 1498, 4to. (69 & 2483, 2 ex!).

Manutius. De literis et abbreviationibus graecae linguae. Venetiis, 1495, 4to. (?, hodie desideratur!).

Maximianus philos. Ethica suavis. (Parisiis), s. a., 4to. (369).

Meditationes super passionem Jesu Christi. (Mediolani, impr. impensis Leonardi Pachel de Alemania, 1488), 16mo. (2086).

Middelbergensis. Prenostica (!) Lipsiae, (1484), 4to. (1273 Math.).

Missale Cracoviense. Moguntiae, impr per Petrum Schoiffer de Gernszheym, 1484 decima die Novembris, fol. maj. (4940 Theol. pol.).

— Gneznense atque Cracoviense. Moguntiae, impr. per Petr. Schoffer de Gernszheym, 1492 xx die Aprilis, fol. maj. (6237 Theol. pol.).

— Cracoviense. Nurnbergae, impr. per Georg. Stuchs ex Sulczpach expensis Joh. Haller, (1494/95), fol. maj. (4942 Theol. pol.).

— Crucigerorum. Nurnbergae, impr. Georg. Stöchs, (1498), fol. maj. (1980).

Montanus P. Repertorium utriusque juris, II. S. l. & a., fol. maj. (1821).

Montanus Steph. Campus sophistarum. Lipsiae, impr. per bacc. Wolfgang. Monacensem, 1496 decimo nono Kal. Septembris, 4to. (73).

Nanquier. Carmen de lubrico temporis curriculo. (Parisiis). s. a., 4to (373).

Niavis. Epistolae breves. (Viennae, ante a. 1500), 4to. (?, hodie desiderantur!).

— Epistolae mediocres. S. l. & a., 4to. (1105 Neolat.).

— Epistolae longiores. S. l. & a., 4to. (231).

Nonius M. De proprietate latini sermonis. Brixiae, impr. 1483 xvii Julii (per Boninum de Boninis), fol. (1300).

Obsequiale secundum chorum eccl. Strigoniensis. (Olomutiae?), s. c., 4to. (2091).

Officium missae. Magdeburg, impr. per Alb. Ravensten & Joach. Westval, 1483 tertia feria post Luciae, 4to. (80).

Palatius. Novus tractatus super Statuto, quod exstantibus masculis foeminae non succedant. (Papiae impr. per Leonard. Gerlis), s. a., fol. maj. (1481).

Parisiensis W. Opera: De fide &c. (Norimbergae, 1496), fol. (1091 & 2089, 2 ex!).

Pelbartus O. Sermones Pomerii quadragesimales. S. l. & a., (Hagenaw, impr. per Henr. Gran, 1500?), fol. (1440).

— Stellarium coronae benedictae V. Mariae. Hagenaw, in officina Henr. Gran, imp. Joh. Rynman de Oringaw, 1500 prima die Martii, fol. (?, hodie desideratur!).

Persius A. Fl., cum glossis. S. l. & a., (Venetiis, impr. Bernardinus Venetus, c. 1500), 4to. (3039 Philol. lat.).

Petrarca Fr. Libellus de vita solitaria. S. l. & a., (Parisiis), 4to. (379).

Pirenus H. Tractatus super Institutiones. S. l. & a., fol. min. (1076).

Plateanus Fr. Opus restitutionum. S. l. (Cracoviae, impr. G. Zainer), 1475. fol. (1984).

Plautus dilegenter recognitus. Bononiae impr. per Benedictum Hectoris, 1500 (?, 1503?), fol. (2769 Philol. lat.).

Plutarchus. De liberis educandis libellus. S. l. & a., (1500? aut prius?), 4to. (3232 Philol. gr.).

Polonus Mart. Margarita Decreti. Argentinae, impr. 1484 altera die post festum s. Mathiae apostoli, fol. (?, hodie desideratur!).

— Margarita Decreti. S. l. & a., fol. (1263 & 2512, 2 ex.!).

— Margarita Decreti. S. l. & a., fol. (4667 Jus pol.).

Pontanus Lud. Singularia in causis criminalibus. S. l. & a., (Spirae, impr. Petr. Drach, c. 1476), fol. min. (650).

Porchastris Sigism. Quaestio de restauratione humidi. Venetiis, impr. per Peregrinum Bononiensem, s. a. (1490), fol. (1847).

Porphyrius. Liber Praedicabilium. S. l. & a., fol. (665).

— Isagoge ad kathegorias Aristotelis. S. l. & a., (Lipsiae, impr. Mart. Herbipolensis), fol. (1446).

Porretanus Gilb. Liber sex principiorum. S. l. & a., (1500? an prius?), fol. (?, hodie desideratur!).

— Liber sex principiorum. Lipsiae, impr. per Mart. Lanszperger de Herbipoli, s. a., fol. (?, hodie desideratur!).

Pramer Jorg. Von eynem nevem wunderherlichen wunder. (Lipsiae, impr. Wolfgangus Stöckel, 1500), 4to. (748 Liter. germ.)

Prudentius A. Cl. In Sichomachia. S. l. & a., (Parisiis), 4to. (380).

Quaestiones super Aristotelis Metheororum libros. S. l. & a., fol. (1881).

— super Parva naturalia, cum textu Aristotelis. S. l. & a., sed Coloniae 1489, fol. (?, hodie desideratur).

Quintilianus. De oratoria institutionum (!), fol. (?, hodie desideratur!).

Quintus Cal. Derelictorum ab Homero libri XIV. graece. (Venetiis), impr. Aldus Manutius, (1500?, 1505?). 8vo min. (397 Philol. gr. & 1353 Philol. gr., 2 ex.!).

Randersacker J. Practica Crakysch 1498. (Lipsiae), 4to. (455 Kalend).

Regimen moralitatis. S. l. & a., 4to. (95).

— moralitatis. Lipsiae, 1493, 4to. (?, hodie desideratur!).

Regiomontanus. Almanach ad a. 1484—1498. Venetiis, 4to. (2271 & 2614, 2 ex.).

Regulae tredecim. Argentinae, impr. Math. Hupffuf, s. a. 4to. (?, hodie desideratur!).

Reuchlinus. Vocabularius breviloquus. Argentinae, impr. 1488 in profesto ss. Viti et Modesti, fol. (1675).

— Vocabularius breviloquus. Argentinae, impr. 1489 in die s. Leonardi, fol. (817).

— Vocabularius breviloquus. Argentinae, impr. 1496 altera die post festum Michaelis archang., 4to. (1674).

Rotterodamus Er. Carmin. Parisiis, impr. per magrum Ant. Denidel, s. a., 4to. (374).

Sabellicus M. A. C. De rerum et artium inventoribus. S. l. & a., 4to. (?, hodie desideratur!).

Sacerdotes. Ad omnes, de sacramento altaris. S. l., 1493, 4to. (182).

Sacranus Joh. Junior. Elucidarius errorum ritus ruthenici. S. l. & a., (c. 1500), 4to. (4792 Theol. pol. & ?, 2 ex., quorum unum hodie desideratur!).

Salicetus Barth. Lectura aurea super IIda parte Digesti veteris. Brixiae, impr. per Ang. Britannicum de Pallazolo, 1499, fol. (693).

Sallustius. De conjuratione Catilinae. S. l. & a., (Venetiis, impr. per Theodorum de Ragazonibus de Asula, c. 1490), fol. (2248).

— Liber de conjuratione Catilinae. S. l. & a., Lipsiae, c. 1490) fol. (?, hodie desideratur!).

Sandeus F. Super titulo De judiciis aurea commentaria. S. l. & a., (Mediolani, impr. Ulder. Scinzenzeller), fol. maj. (978 a.).

Schram Joh. Quaestio fabulosa. Olomucii, impr. per Math. Preunlen de Ulm, 1499, 4to. (102).

Scotus J. D. Scriptum in III et IV Sententiarum libros. Venetiis, impr. mandato ac impensa Octav. Scoti Modoctiensis per Bonetum Locatel-

lum Bergom., 1497 (1496). fol. (1523, 1525, 2156, 2530 & 2532, 5 ex., Hain »III et IV partem non vidit«).
— Item, pars III (1522 & 1859), et pars IV (1527).
— Scriptum in IVtum Sentent. librum. Venetiis. ductu et impensa Joh. Coloniae Agripp. sociique ejus Joh. Manthen de Gherretzem, s. a., fol. (1531 & 2534, 2 ex.!).
Secundinus N. De familia Autumnorum S. l. & a., 4to. (195).
Seneca. De formula honestae vitae. S. & a., (Parisiis), 4to. (376).
— Proverbia. S. l. & a., (Parisiis), 4to (375).
Sermones Thesauri novi de tempore. Argentinae, impr. a. Dni 1480 (?), fol. (1555).
— de sanctis. Argentinae, 1484, fol. (1556 & 2540, 2 ex.!).
— de tempore. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1499, fol. (1557).
— quadragesimales. Argentinae, impr. 1497, fol. (1558).
Statuta synodalia Wratislawiensia. Wratislawiae, impr. per C. Elyan, 1475 nona Octobris, 4to min. (2595).
Strabo. Cosmographia. fol. (?, hodie desideratur, olim κτῆμα mgri Sommerfeld-Aesticampiani).
Sylvius Aen. Epistola ad Turcarum imperatorem. S. l. & a., 4to. (86 & 194, 2 ex.!).
Tafel der neuen vnd vol mond 1473. (Nürnberg), fol. maj. (1977).
Tartagnus. Lectura super Ima parte Digesti novi. Venetiis, impr. per Bernard. de Tridino de Monteferrato, 1489, fol. (?, hodie desideratur!).
— Commentaria in Imam partem Infortiati. Venetiis, impr. per Bernard. de Tridino de Monteferrato, 1489, fol. (?, hodie desideratur!).
Terentius P. A. Comoediae, cum commento Aelii Donati. (Argentinae, c. 1469), fol. (910).
Theodulus. Ecloga. S. l. & a., (1500 ?, an prius?), 4to. (2957 Gramm.).
Theramus J. Compendium Belial vocitatum. S. l. & a., (typis Günth. Zainer, ante a. 1472), fol. (2600).
— Compendium Belial vocitatum. S. l., 1484, fol. (722 & 2547, 2 ex.!).
Torrella. Dialogus de dolore. S. l. & a., 4to (1694).
Tractatus de sucessionibus. Liptzk, impr. per Cunr. Kachelofen, 1495. 4to. (?, hodie desideratur!).
— de complexionibus. S. l. & a., 4to. (111).
— de urinis. S. l. & a., fol. (6708 Medic.).
— proportionum. (Lipsiae), s. a., 4to. (1946 Math.).
Triod. Cracoviae, impr. apud Sweib. Fiol, fol. (2051, fragmentum).
Trombetta. Tractatuum formalitatum Scoticarum sententia. Venetus, impr. arte et impensa Hier. de Paganinis Brixiensis, 1493 die 8 Novembris. fol. (1538 & 1939, 2 ex.!).
Tunger. Reparationes Tractatuum parvorum logicalium. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1500 Nonis Martias, 4to. (2429 a. Philos.).
— Reparationes Novae logicae. Coloniae, per Henr. Quentel reimpr., 1500 quarto Kalendarum Augusti, 4to. (2429 b. Philos.).
— Epitomata, quae vulgo reparationes dicuntur. Coloniae. impr. per Henr. Quentell, 1500 tertio die Febr., 4to. (2429 c. Philos.).
Urimaria. Praeceptorium seu de decem praeceptis. (Coloniae, impr. Nicol. Götz de Schlettstadt, c. 1476), fol. min. (641).
Ursinus Joh. Cracovita. Modus episto-

landi. (Lipsiae, ante a. 1500), 4to. (861 Gramm. pol.).

Valentinus Fr. Practica a. 1497. (Lipsiae), s. a., 4to. (294 Kalend.).

Valerius Max. Factorum dictorumque memorabilium liber. Venetiis impr. per Albertinum Vercellensem, 1500 die v mensis Julii, fol. (1594 & 2262, 2 ex.!).

Varro P. M. T. De lingua latina. Brixiae, impr. per Boninum de Boninis de Ragusia et Miniatum Delsera Florent., 1483 die xvi Junii, fol. (1301).

Venetus P. Aureum opus, quod Quadratura inscribitur. Papie, impr. per Damianum de Conphalonerys de Binascho, 1483 die 7 Marcy, fol. min. (1098).

Werdena Joh. Sermones de sanctis Dormi secure. (Coloniae, impr. Henr. Quentel), 1493 sexto Kalend. Januarias, 4to min. (327).

— Sermones Dormi secure de tempore et de sanctis. S. l. & a., 16mo. (328).

Vergilius P. M. Opera. Florentiae, impr xv Calend. Aprilis 1487, fol. (1595).

— Opera. Nurnbergae, impr. impensis Ant. Koberger, 1492, (fol. 1596).

Vernia N. Quaestio, an coelum sit ex materia. (Venetiis), 1481, fol. maj. (600).

— Oratio die Circumcissionis dicta. (Romae), s. a., 4to. (9634 Theol.).

Viana M. Oratio de Christi ad coelos ascensione. (Romae), 1494, 4to. (118).

Viaticum Wratislawiense. Venetiis, impr. 1499 die 17 Augusti. 16mo. (4650 Theol. pol.).

Victorinus M. F. In Rhetoricis M. T. Ciceronis libri. Mediolani, impr. per Ant. Zarottum. 1474 v Idus Decembris, fol. min. (878).

Wimpina Conr. Orationes tres. (Lipsiae, 1494), 4to. (777 Paedag.).

Virdungus de Hasfurt Joh. Practica a. 1491. Lipczk, 4to. (289 Kalend. & 500 Math. pol., 2 ex.!).

Vivianus. Casus longi super Digesto veteri. S. l. & a., fol. maj. (2038).

— Casus longi super Infortiato. S. l. & a., fol. maj. (2039).

— Casus longi super Codice. S. l. & a., fol. maj. (2041).

Vocabularium latino-germanicum. (Augustae Vind., c. 1468/70), fol. (1673).

Vocubularius utriusque juris. (Eichstadii. impr. Mich. Reyser, 1477), fol. (931).

— utriusque juris. Spirae, impr. per Petrum Drach, 1478 mensis Septembris, fol. (1667 & 1668, 2 ex.!).

— utriusque juris. Vicentiae, impr per Leonard. de Basilea et Jac. de Dusa, 1482, fol. (1171).

— utriusque juris. Argentinae, 1486, in die s. Euphemiae, fol. (1669).

— utriusque juris. Nurenbergae, impr. per Ant. Koberger, 1496 in vigilia Visitationis Mariae, 4to. (209, 2022 & 2023, 3 ex.!).

Voraginensis Jac. Legendae sanctorum. Nurnbergae, impr. per Ant. Koberger, 1478 Idus Augusti tertio, fol. maj. (1153).

— Legendae sanctorum. S. l., 1482, fol. min. 1662).

— Legendae sanctorum. Nurenbergae, impr. per Ant. Koburger, 1482 Kl. Octobr., fol. (2310).

— Legenda sanctorum. Argentinae, impr. 1486 feria 3 ante s. Thomae apost., fol. (1189).

— Legenda sanctorum. Nurnbergae, impr. 1496 in vigilia Paschae, fol. (1190).

— Legenda sanctorum. Argentinae, impr. a. 1496, 4to min. (4915 In mss.).

— Sermones de tempore. S. l. & a. (ante a. 1484). fol. (?, hodie desiderantur!).
— Sermones de sanctis. S. l., 1484 tertio Nonas Novembris, fol. (1663).
— Sermones de tempore. Lugduni. 1499 die viij Augusti, 4to min. (329).
Vorilongus. Repertorium Vade mecum. S. l. & a., 4to (115).
— Super libris Sententiarum. Venetiis, impr. per Jac. de Leucho, 1496 die ix Julii, 4to. (241 & 2022. 2 ex.!).
Wratislawita Mich. Judicium Cracoviense ad a. 1494. S. l. & a., 4to. (620 Math. pol.).
— Judicium Crac. ad a. 1495. S. l. & a., 4to. (621 Math. pol., 2597 & 2598, 3 ex.!).

Non adeo multa haec sane, sed Cracovia, ut erat tum temporis humanitatis et artium liberalium sedes longissime ad orientem salem promota, et his jure gloriari potest. Quod vero nonnulla exempla Hainio ignota, quamquam in fundo bibliothecae Jagellonicae non ita multo abhinc exstabant, nunc nulla ratione inveniri possunt, magnopere est dolendum.

Jam hanc paullo longiorem praefationem ad finem perducturi, duas res etiam paucis commemorare volumus:

Imprimis id explicare et de ea re nos excusare debemus, quod editionem nostram non in singula capita, ut par erat, divisimus, sed quamquam eam edendi rationem aptissimam non ignoravimus, ut instituerentur capita: I. »Incunabula«. II. »Librorum possessores«, III. »Librorum ligatores«. IV. »Memorabilia«, V. »Series incunabulorum juxta numerorum ordinem«, nos aliam viam ingressi omnia uno et continuo corpore complexi sumus. Cujus rei haec causa erat, quod edition nostrae multae figurae aeri incisae erant depingendae. Ne igitur majoribus impedimentis obrueremur, quamquam inviti, res omnes uno corpore in literas digesto claudi maluimus, in calce tantum uno capite adjecto, cui titulus: »Series incunabulorum juxta numerorum ordinem«. Ex quo id etiam assecuti sumus, ut plerumque (cf. Brudzewius, Joh. Głogowita, Nic. Procopiades, Sacranus Junior, Sommerfeld-Aesticampianus, Joh. Stobniczka, Mich. Wratislawita etc.) omnia, quae ad se pertinent, uno loco collecta inveniantur.

Nunc restat res nobis gratissima, quam ob id ipsum in finem nostrae disputationis asservavimus, ut Patri Gottfriedo Reichharto ordin. s. Benedicti debitas meritasque gratias referamus, qui cum mense Decembri a. 1886 Cracoviam venisset eo consilio, ut incunabula nostra inspiceret et cognosceret, in multis libris sine indicio loci et anni XV s. editis, a nobis rogatus, sua manu adnotaverit, ubi et quo loco eos prelum reliquisse probabile esset. Pater Reichhart (natus 14. VII 1821), jam diu a viris doctis inter scientissimos et eruditissimos aestimatores incunabulorum deputatus, cum in eis cognoscendis totius vitae studium posuisset, egregio libro Lipsiae nuper edito (a. 1895 »Beiträge zur Incunabelnkunde«, 8vo. pag. XVIII et 464), laboris sui fructum mandavit. Cum igitur ejusmodi viri doctissima sententia, quam de multis libris s. XV sine indicio anni et loci impressis protulit, maximi esset momenti, nos in hac editione conficienda, ubicumque opus erat, ejus

adnotationibus uti non verebamur. Quam ob rem gratias, quantas maximas animus capere potest, Venerabili Patri Reichharto liceat nobis mittere Heindorfiam ad St. Pölten in Austria Inferiori, ubi ille vir doctissimus jam multos annos animarum curae sacrisque operando praest. Gratias Tibi, Vir Venerande et de literis meritissime, qui illum Tui Ordinis eximium laborem industria Tua aequiperasti, gratias plurimas et maximas.

Cracoviae, ineunte anno quingentesimo Universitatis Jagellonicae a rege Wladislao Jagellone renovatae.

Dr. W. W.

(Sicilula * nominibus praeposita — luceant in aeternum! — p. m. olim librorum possessores et bibliothecae Jagellonicae benefactores indicat).

A, litera initialis depicta et deaurata: v. Aquinas s. (1931); Auerbach (1191); Balbus Joh. (1011); Beckenhaub 774); Bertachinus (737); Cassianus S. 1753); Columna (943); Durantus (923); Florentinus A. s. (539 sqq.); Hostiensis 837 sq.); Missale Carth. (1983); Missale Crac. (4940 Theol. pol. sqq.); Missale Wrat. (4943 Theol. pol.); Molitor J. (531); Regimen sanit. (96); Reuchlinus (1675); Schedel dr. (460); Sylvaticus (1513 sq.); Trovamala (745); Voraginensis (1189 sq.).

A. H. scholaris (ab a. ?) Cracoviensis et librorum ligator de signo Aquilae cum corona et literis H. A. in scuto, compegit ineunte s. XVI in uno voluminc libros:

— Columna (410) & Laurentianus L. Fl. (ambo olim xzȳμx mgri Stan. Białkowski, posterius vero mgri Joh. Tarczynii).

Cujus in tegumentis Aquilam suam, item bb. Virginem Mariam cum Infantulo, s. Ursulam et s. Olaum cum halabarda exaravit.

— Idem A. H. introligator ligavit etiam libros:

— Aristoteles (593. ol xzȳμx mgri Krawiec Ilkussii); Aristoteles (1196) & Montanus L. (1195, ambo ol. xz. Valent. Budensis, expost vero mgri Mich. Wiśliczka, empti a. 1520); Bonifacius VIII (796) & Clemens V (797, ambo ol. xz. dris Matla et bacc. Tatari?); Crescentinus (91?) & Formulare (913, ambo ol. xz. mgri Mich. Wratislawitae); Forlivius (1127) & Ingenuus (1128, ambo ol. xz. dris Miechowitae).

Quorum in tegumentis, omissa Aquila, solum bb. V. Mariam cum Infantulo, s. Ursulam et s. Olaum, u. s., expressit.

— Idem A. H., existens socius introligatoris Joh. Lwowecensis, compegit etiam librum:

— Altissiodorensis (2307, ol. xzȳμx mgri Georgii Libani, posterius vero mgri Magni-Contrifusoris).

Cujus in tegumentis exarata s. Ursula et signum ligatoris Lwowecensis.

— v. Introligatores de signo Aquilae.

Abalach Albumasar astrologus, v. Albumasar Abal.

ABBANUS Petrus de Abbano, de Appono s. de Ebano, dictus etiam Apponensis, Apponus, Padubanensis, Paduanus vel Patavinus, artium mgr. et medicinae dr. ac physicus excellentissimus:

— Conciliator differentiarum philosophorum et praecipue medicorum, cum tractatu De venenis. Mantuae, Thom. Septemburgensis de civitate Hermanni una et Joh. Burster de Campidona hoc opus fecere, a. Cristi incarnationis 1472, f. l. maj, ff. nn. 364, sine sign., typ. r.m. Incun. *1688*, cf. Hain *I.* — Liber cum literis init. depictis, cujus ff. nn. 10—19 manu exeuntis s. XV adscripta, olim xzȳμx »Bibliothecae Collegii majoris Universitatis Cracoviensis«.

— Conciliator differentiarum philosophorum et praecipue medicorum, cum

tractatu De venenis et quaestione dris Petri Cararii de Cararriis De terminatione venenorum. Venetiis, impr. summa industria a mgro Gabr. Tarvisiensi, opera ac impendio Thom. de Tarvisio, 1476, fol. maj., ff. nn. 278, sign. a_5. — $gg_{5?}$ typ. goth.

Incun. *1373*, cf. Hain 2. — In fronte libri antiqua manu: »1536. Rdus dnus Petrus Thomicius (Tomicki) episcopus Cracouiensis, Collegio theologorum librum hunc legauit«.

— Conciliator differentiarum philosophorum et praecipue medicorum, cum tractatu De venenis et commendatione dris Francisci Argilagnis de Valentia. Venetiis, finis impositus est a Boneto Locatello Bergomense, Octaviani Scoti Medoctiensis (!) impensa, 1496, fol., ff. num. 265, sign. A_2—KK_5, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *1374*, Hain *4*. — In fronte libri manu s. XVI: »Per drem Matthiam a Craina cognomento Lijsz minori Collegio legatus a. Dni 1546, qui quondam Regie Maiestatis (Sigismundi I) phijsicus erat. Oretur pro anima ipsius«! Ibidem manu possessoris, dris Lis, palaeopolonice: »Concilium radą panowye, conciliator ..... (locus deletus) czo zgzadzą roszthyrky, nam conciliare est discordiam inter aliquos sopire, consilium enim vmyszl, wydzenye«.

— — Item, Venetiis, finis impositus a Bon. Locatello Bergom., 1496. fol., u. s.

Incun. *2052*, Hain *4*. — In fronte libri, nuper de novo vestiti, manu exeuntis s. XVI: »Svm mgri Rochj Posnaniensis, Collegij maioris college 1586, Alberto Rochj (Poznanitae), germano meo, cadit« (!).

— Conciliator differentiarum philosophorum et praecipue medicorum, cum commendatione dris Fr. Argilagnis. Venetiis, impr. impensa caracteroque jucundissimo mgri Joh. Herbort de Selgenstat Alemani, cujus ars et ingenium ceteros facile superemineat omnes, 1483, fol., ff. nn. 283, sign. a_2—gg_3, typ. goth.

Incun. *1375*, Hain *6*. — In compactura libri, olim 15. H. 1. signati, cujus literae init. depictae (lit. V. in fronte nitide depicta et deaurata), antiqua manu: »Conciliator iij flor. emptus«.

— — Item, Venetiis, impr. imp. Joh. Herbort de Selgenstat, 1483, fol., u. s.

Incun *1376*, Hain *6*. — In margine f. 1 adnotavit dr. Bandtke: »CC. VI. 41. Hujus operis eandem editionem v. 15 H. 1., sed asserv andus est liber ob adglutinatum compacturae fragmentum Triodii slavonici, forsitan Cracoviae 1491 impressi a Suentopelco Fiolo literis Cyrillicis«. Fragmentum hoc posteriore tempore a dre Muczkowski deglutinatum asservatur hodie sub nro Incun. 2051.

— — Item, Venetiis, impr. imp. Joh. Herbort de Selgenstat, 1483, fol., u. s.

Incun. *2204*, Hain. *6*. — Exemplar cum exarato in tegumentis signo introligatoris, Aquila sine corona in rhombo, olim x$\overline{\text{ti}}$μx mgri Mich. Wratislawitae, cum ejus autographo in fronte: »Michaelis Wratislawiensis svm«.

— — Item, Venetiis, impr. per. Joh. Herbort de Selgenstat, 1483, fol., u. s.

Incun. *2365*, Hain 6. — Olim x$\overline{\text{ti}}$μx »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— — Item, Venetiis, impr. per Joh. Herbort de Selgenstat, 1483, fol., u. s.

Incun. *2366*, Hain *6*. — Exemplar cum literis init. depictis, s. XIX denuo vestitum.

— Tractatus de venenis seu opus toxicorum, emendatum per Wilhelmum Haldenhoff de Thorn artium et medicinae drem, Magni magistri Pruszie d. ordin. Theutonicorum physicum. Lipsiae, aere premendum curavit arte sua Jac. Thanner Herbipolensis, 1498, 4to, ff. nn. 25, sign. Aiij—Diij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente signum editoris H. W. (= Wilh. Haldenhoff).



Incun. *1*, cf. Hain *14*. — In fronte opusculi (f. 1 v.) manu antiqua: »1 gr. constat«.

— Tractatus de venenis, per W. Haldenhoff emendatus. Lipsiae, aere premendum curavit arte sua Jac. Thanner Herbipolensis, 1500, 4to, ff. nn. 19, sign. aij — ciij, typ. goth.

Incun. 2, Hain *15*. — Libellus temporibus dris Muczkowski iterum vestitus.

— Expositio Problematum Aristotelis, cum epistola Steph. Illarii Mantuani. Mantuae, impr. per Paulum Johannis de Puzpach, Alemanum Moguntinensis

dyocecesis, 1475, fol. maj., ff. nn. 293, sine sign., typ. goth.

Incun. *656*, Hain *16*. — In fronte libri manu s. XVII/XVIII: »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Expositio Problematum Aristotelis. (Venetiis), arte et impensa Joh. Herbort Alemani, qui non solum summam curam adhibet, ut sint haec sua suave quoque sine vitio, verum ut laute sint etiam elaborata, 1482, fol., ff. nn. 309, sign. a_2—Q_4, typ. goth.

Incun. *595*. Hain *17*. — Liber cum literis init depictis, (litera I. in fronte nitidissime depicta et deaurata), cum exeuntis s. XV propria possessoris mann adscriptione: »Liber mgri Iohannis Velsz (Wels), Explanatio Petri de Ebano super Problemnata Aristotelis«; ibidem mann s. XVII/XVIII: »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— — Item. (Venetiis), arte et imp. Joh. Herbort Alemani, 1482, fol., u. s.

Incun. *1699*, Hain *17*. — Item liber cum literis init. depictis (f. 2, cum lit. init. exsectum), in cujus fronte et ad calcem propria possessoris manu: »Iohannis Sommerfelt sum«; ibidem alia manu ineuntis s. XVI: »Liber legatus per mgrum Ioh. Sommerfelt, bacc. s. theologie, pro libraria maioris Collegij. Oretur pro eo«!



— — Item. (Venetiis), arte et imp. Joh. Herbort Alemani. 1482, fol., u. s.

Incun *2203*, Hain *17*. — In anteriore parte tegumenti antiqua manu: »Liber testamentaliter legatus pro libraria theologorum Stvdij Cracoviensis olim Venerabilis ac Egregij viri dnj Nicolai Czepel de Posznania, decretorum dris, prepositi Wratiszlaviensis, Cracoviensis, Posznaniensis, Gnesznensis, Wladiszlaviensis et Plocensis, qui ex hvmanis cessit vltima Aprillis a. Cristi 1518. Cuius animam Dnus Deus habeat«!

— v. Hippocrates; Mesua (1249); Opusculum repert.; Triod (2051).

Abbas-Abbas Siculus juris utriusque monarcha: v. Panormitanus Nic.

Abdilazi astronomus et astrologus. v. Alchabitius alias Abdilazi.

Abenezra medicus et astrologus (Hain 21 sqq.): v. Judaeus Abraham.

Abenragel filius Albohazen, astronomus: v. Haly Alboh.

Abhumeron physicus famosissimus. v. Avenzohar Abhum.

ABIOSUS Johannes Baptista artium et medicinae dr., acutissimus astrologiae et mathemathices professor Neopolitanus:

— Dialogus in astrologiae defensionem. cum vaticinio a diluvio usque ad Christi annos 1702, compositus a. Christi 1492. Venetiis, impr. per mgrum Franc. Lapicidam, 1494. 4to, ff. nn. 37. sign. aii—eiii, typ. goth., cum literis init. florent., cum figuris xylogr. et icone in fronte, inscripta »Astrologia«.

Incun. *383*, cf. Hain *24*. — Libellus temporibus dris Muczkowski denuo vestitus.

— — Item, compositus a. 1492, et item Venetiis, impr. per mgrum Fr. Lapicidam, 1494. 4to, u. s.

Incun. *1919*. Hain *1470*. — In fronte libri propria possessoris manu: »Svm mgri Martini (Kułab) de Tarnovicez, comparatus floreno vngaricali in auro a. 1501 in Connersione s. Pauli apostoli (25. I), eodem anno feria 5 ante Quinquagesimam (18. II) mgr. Bernardus (Episcopius de suburbio Biskupie) incepit legere libros Sententiarum«.

— Summae theologicae pars III. Venetiis, impr. per Philipp. Pinzium Manthuanum, 1493, fol., ff. num. 128 et 96, sign. aij—M_5, typ. goth.

Incun. *1912*, Hain *1471*. — Liber una olim compactus cum alio opere, (ex-post exsecto), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.

— Scripta ad Hanibaldum episcopum super quatuor libros Sententiarum. (Basileae), impr. in officina Nicol. Kessler civis Basiliensis. 1492, fol., ff. nn. 153, sign. a—G_4, typ. goth.

Incun. *1587*, Hain *?* — Liber cum literis init. depictis (lit. T. in fronte nitidissime depicta et deaurata), una ligatus cum 2 aliis opusculis (1587—1589), cum adscriptione in fronte: »Dris Iacobi (Fridel) a Cleparz, canonici Cracouiensis«.

— — Item, (Basileae), impr. in off. Nic. Kessler, 1492, fol., u. s.

Incun. *1946*, Hain *?* — Olim x-ŕŭa »Dris Martini (Biem) de Ilkusch«, cum ejus autographo et adscriptionibus.

— — Item, (Basileae), impr. in off. Nic. Kessler, 1492, fol., u. s.

Incun. *1947*, Hain *?* — Liber cum adscriptionibus in fronte (f. tit. et f. a), diversis manibus positis: 1. »Dris Luce Aquilinis (s. Orlik de Orlów); 2. »Rdus Lucas Aquilinus, s. theolo-

gie dr. et regis Polonorum (Sigismundi Augusti) confessor. pro libraria maioris Collegij de voto legauit, 1559«.

— — Item, (Basileae), impr. in off. Nic. Kessler, 1492, fol., u. s.

Incun. *1948*, Hain *?* — Una compactus liber cum Majronio (1948—1949), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte et ad calcem. »Oretur pro eo«!

— Super Imo Sententiarum. Coloniae, impr. per Henr. Quentell. 1480, fol., ff. nn. 326, sign. aj—Y_3, typ. goth.

Incun. *1920*. cf. Hain *1473*. — Liber cum literis init. depictis (lit. E. in fronte, item lit. H. nitide depictae), cum exarato in tegumentis proprio possessoris signo et cum adscriptione in fronte antiquae manus »Venceslaus« (mgr. Hirschberg alias etiam Anthraceus nuncupatus).

— — Item, Coloniae, impr. per H. Quentell. 1480. fol., u. s.

Incun. *2335*, cf. Hain *1473*. — Exemplar cum literis init. depictis, olim xτ̃μα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— — Item, Coloniae, impr. per H. Quentell, 1480, fol., u. s.

Incun. *2336*, cf. Hain *1473*. — Item olim xτ̃μα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Scriptum super Imo Sententiarum. Venetiis, impr. sumptibus Octaviani Scoti Modoetiensis, per Bonetum Locatellum Bergomensem, 1498. fol., ff. num. 149, sign. A_2—T_3, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *1921*, Hain *1475*. — Anno 1563 una ligatus liber cum alio s. Aquinatis opere (1921—1922), cum exarato in anteriore tegumento rege David et cum adscriptione in fronte, posita propria possessoris manu: »Ex libris Christopheri Krzykawski«.

— — Item, super Imo. Venetiis, impr. sumpt. Octaviani Scoti Modoet. per Bonetum Locat. Bergomensem, 1498, fol., u. s.

Incun. *1923*, Hain *1475*. — Una compactus liber cum alio s. Aquinatis opere (1923—1924), cum adscriptiouibus in fronte diversarum manuum: 1. rubro »et super alios tres sequentes comparatum (!) quatuor florenis et xvj grossis monete polonicalis a. Dni 1513«; 2. »..... de Swodziszowijcze (Swodziszowicii), s. theologie professoris, legatus pro libraria theologorum maioris Collegij artistarum«.

— Scriptum super IIdo Sententiarum. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1481, fol., ff. nn. 337, sign. aj—yy_3, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte.

Incun. *1926*, Hain *1476*. — Liber cum literis init. depictis, ex legato dris Świętopełk, cum exarato in tegumentis signo ligatoris Lis.

— — Item, Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1481, fol., u. s.

Incun. *2398*, Hain *1476*. — Exemplar cum literis init. depictis, cum exaratis in tegumentis

signis introligatorum: Leone Joh. Lwowecensis, item Aquila sine corona in scuto et Aquila sine corona in circulo, aliorum ligatorum.

— Scriptum super IIdo Sententiarum. Bononiae, impr. impensis Benedicti Hectoris Bononiensis, 1494, fol., ff. nn. 182, sign. a_2—Ciij, typ. goth.

Incun. *1927*, Hain *1477*. — Liber cum literis init. depictis (lit. S. in fronte nitide depicta et deaurata), olim xτ̃μα »mgri Iacobi (Fridel) de Cleparz, collegiati«.

— Scriptum super IIdo Sententiarum. Venetiis, impr. expensis Octaviani Scoti Modoetiensis per Bonetum Locatellum Bergomensem, 1498, fol., ff. num. 158, sign. a_2—v_3, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *1922* (1921), Hain *1478*. — »Ex libris Christ. Krzykawski«, u. s.

— — Item, super IIdo. Venetiis, impr. impensis Octaviani Scoti Modoet. per Bonetum Locat. Bergom., 1498, fol., u. s.

Incun. *1924* (1923), Hain *1478*. — Ex legato mgri Swodziszowicii, u. s.

— — Item, super IIdo. Venetiis, impr. impensis Octaviani Scoti Modoet. per Bonetum Locat. Bergom., 1498, fol., u. s.



Incun. *1925*, Hain *1478*. — In tegumentis libri exaratum signum introligatoris Grzymała.

— — Item, super IIdo. Venetiis, impr. impensis Octaviani Scoti Modoet.

per Bonetum Locat. Bergom., 1498, fol., u. s.

Incun. *1929*, Hain *1478*. — Una ligatus liber cum alio s. Aquinatis opere (1929 - 1930) et cum his in fronte adscriptionibus: 1. »Liber iste .... 1499 .....« (locus deletus); 2. »Ex libris Simonis Ostiensis (Ustiensis de Uście), parochi Denouiensis«.

— — Item, Venetiis, impr. per Bon. Locatellum Bergomensem, 1498, fol., ff. num. 157 (ultimum i. e. 158 desideratur), u. s.

Incun. *2338*, Hain *1478*. — Olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«, s. XIX iterum vestitum.

— Scriptum super IIItio Sententiarum. Coloniae, impr. per Joh. Koelhoeff de Lubeck, 1476, fol. min., ff. nn. 403, sign. a_2—r_4 (?), typ. goth.

Incun. *1928*, Hain *1479*.
— Liber cum literis init. depictis, in cujus fronte diversis exeuntis s. XV manibus: 1. »Liber Bernhardi Mikisch (Mikosch) de Nissa« (deletum); 2. propria manu mgri Sommerfeld-Aesticampiani, »Iohannis Sommerfelt sum« (dersaum).

— — Item, Coloniae, impr. per Joh. Koelhoeff de Lubeck, 1476, fol., u. s.

Incun. *2399*, Hain *1479*. — Exemplar cum literis init. depictis, mucore et aqua corruptum, s. XIX iterum vestitum.

— Scriptum super IIItio Sententiarum. Venetiis, impr. ingenio ac impensa Hermanni Liechtenstein Coloniensis, 1490, fol., ff. nn. 150, sign. aij—v_3, typ. goth.

Incun. *1930* (1929), Hain *1480*. — Ex libris Simonis Ustiensis, u. s.

— — Item, super IIItio. Venetiis, impr. ingenio ac impensa Herm. Liechtenstein, 1490, fol., u. s.

Incun. *1931*, Hain *1480*. — Liber cum literis init. depictis (lit. N. in fronte, item sequentes A., C., nitidissime depictae et deauratae), olim κτῆμα »mgri Iacobi (Fridel) de Clebarz (!) collegiati«.

— — Item, super IIItio. Venetiis, impr. ingenio ac impensa Herm. Liechtenstein, 1490, fol., u. s.

Incun. *2400*, Hain *1480*. — Olim κτῆμα Collegii majoris, s. XIX iterum vestitum.

— — Item, super IIItio. Venetiis, impr. ingenio ac impensa Herm. Liechtenstein, 1490, fol., u. s.

Incun. *2401*, Hain *1480*. — Item olim κτῆμα Collegii majoris.

— Scriptum super IVto Sententiarum. Venetiis, artificiosa quadam adinventione imprimendi seu characterizandi absque ulla calami exaratione effigiatum et consummatum per mgrum Leonard. Vuild de Ratispona, 1478, fol., ff. nn. 373, sign. a_2—A_5, typ. goth.

Incun. *1932*, Hain *1482*. — Item liber cum literis init. depictis.

— Scriptum super IVto Sententiarum. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1480, fol. maj., ff. nn. 387, sign. a_2—Z_2, typ. goth., cum ornamento xylogr. in fronte.

Incun. *1933*, Hain *1483*. — Item liber cum literis init. depictis, in cujus f. vacuo ante textum antiqua manu: »Iste liber assignatus est librarie theologorum Collegij maioris per executores Venerabilis mgri Mathie (Kobylinko) de Cobilino Iunioris. Oretur pro eo«!

— — Item, super IVto. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1480, fol. maj., u. s.

Incun. *1934*, Hain *1483*. — Item liber cum literis init. depictis, ex legato dris Świętopełk de Zembrzyce.

— Scriptum super IVto Sententiarum. Venetiis, impr. impendio Joh. de Colonia, Nicol. Jenson sociorumque, 1481, fol., ff. nn. 309, sign. a_2—H_5, typ. goth.

Incun. *1935*, Hain *1484*. — Liber cum literis init. depictis (lit. M. in fronte nitidissime depicta et deaurata), olim κτῆμα »mgri Iacobi (Fridel) de Cleparz, collegiati«.

— — Item, Venetiis, impr. impendio Joh. de Colonia, Nicol. Jenson sociorumque, 1481, fol., ff. nn. 298 (ff. 10 priora et f. ultimum desiderantur), u. s.

Incun. *2339*, Hain *1484*. — Exemplar passim cum literis init. depictis, s. XIX iterum vestitum, olim κτῆμα Collegii majoris.

— Scriptum super IVto Sententiarum. Venetiis, impendio Octaviani Scoti Modoetiensis, impr. per Bonetum Locatellum Bergomensem, 1497, fol., ff. num. 264, sign. A_2—KK_4, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *1936*, Hain *1485*. — Liber olim una ligatus cum alio opere, (hoc vero in fronte exposit exsectum), cum exarata in tegumento Aquila bicapite, signo introligatoris Procopiadis.

— — Item, Venetiis, impr. per Bon. Locatellum Bergomensem, 1497, fol., u. s.

Incun. *2320*, Hain *1485*. — Exemplar s. XIX iterum vestitum.

— Commentaria in libros Perihermenias et Posteriorum Aristotelis et ejusdem fallaciarum opus, item Quaestiones mgri Dominici Flandriensis de Flandria in libros Posteriorum Aristotelis et in fallacias s. Thomae de Aquino. Venetiis, in officina mgri Manfredi de Monteferrato, 1493 die 1 Martii, fol.

Incun. *?*, cf. Hain *1493*. — Temporibus dris Bandtke 10. V. 22 a. signatus liber hodie desideratur.

— Commentaria in libros Perihermenias et Posteriorum Aristotelis et ejusdem fallaciarum opus, Quaestiones mgri Dominici de Flandria ejusdem ordin. in libros Posteriorum Aristotelis et in fallacias s. Thomae de Aquino. (Venetiis), impr. per Otinum Papiensem, 1496, fol., ff. num. 12, nn. 16, num. 1—12, nn. 113, sign. a_2—X_3; typ. goth.



Incun. *514*, cf. Hain *1495*. — Una compacta cum 3 aliis opusculis (514—517), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.

— Tractatus de ente et essentia, seu de quidditatibus rerum intitulatus. S. l. & a., fol., ff. nn. 10, sine sign., typ. goth.

Incun. *1647* (1646), Hain *1500*. — Una ligatus libellus cum 2 aliis operibus (1646—1648), cum exarata in antiqua compactura »Metaphisica«, et cum adscriptionibus in fronte: 1. »Hic liber mihi Stanislao Kotinskj (Kotyński), artium mgro, protunc Prosznіae praefecto seminarij Poznaniensis existenti, donatus a Thoma Trętkowskij, canonico b. Mariae V. in summo Poznaniensi et plebano Wierzinecensi (?) dioec. Poznaniensis, a. 1629 21 Octobris, pro quo orandum«!; 2. manu Broscii: »Emi grossis 30 siue floreno vno apud vendetarium die 25 Decembris 1646«.

— Tractatus de ente et essentia, seu de quidditatibus rerum (Hain 1500 sqq.): v. Versor (1640, 2187).

— Aureum opus de ente et essentia, cum commentariis Thomae Cajetani et fr. Armandi (Bellovisi) ejusdem ordinis. (Venetiis), impr. per Otinum Papiensem, 1496, fol., ff. num. 54 et nn. 1, sign. a_2—i_4, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte.

Incun. *1937*, cf. Hain *1504*. — Una cum 2 aliis operibus ligatus liber (1937—1939).

— — Item, (Venetiis), impr. per Otin. Papiensem, 1496, fol., ff. num. 7—54 et 1 nn. (ff. num. 1—6 desiderantur), sign. b—i_4, u. s.

Incun. *2402*, cf. Hain *1504*. — In anteriore tegumento (posterius desideratur) manu s. XVII: »Anno D. 1665 die 1 Augusti rumores de aduentu Serenissimi regis (Johannis Kazimiri) diuulgati, qui cum exercitu 65 millibus sub Posnania castra metatus est«.

— Interpretatio in Metaphysicam Aristotelis. Papiae, impr. per mgrum Franc. de Girardenghis, 1480, fol., ff. nn. 153, sign. aii (!) —uiiii, typ. goth.

Incun. *1387* (1385), Hain *1508*. — In uno volumine compactus liber cum 2 aliis operibus (1385—1387), ex legato mgris Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.



— — Item, Papiae, impr. per Franc. de Girardenghis, 1480, fol., u. s.

Incun. *1940*, Hain *1508*. — In fronte libri et ad ejus calcem propria possessoris manu: »Mgri Alberti Blasiadis Leopoliensis sum et amicorum, (15) 54 a d. Heduigis praeposito (Turski) dono datus«.

— — Item, Papiae, impr. per Franc. de Girardenghis, 1480, fol., ff. nn. 153, sign. ai (!) —uiiii, typ. goth.

Incun. *1941*, Hain *1508*. — Liber cum literis init. depictis, ex legato mgri Alberti Swodziszowicii.

— Commentaria super Aristotelis Metaphysicam. Venetiis, impr. per Sim. Bevilaquam Papiensem, 1493, fol., ff. nn. 152, sign. a_2—k_2, typ. goth.

Incun. *1942*, cf. Hain *1509*. — In fronte libri, olim una cum alio ligati (alter hic vero ad calcem, nempe »Questiones Pauli Socinatis«, exposit exsectus), diversis manibus: 1. »Liber fr. Alberti (Szczecinii), theologie mgri, Dei gracia episcopi Enensis, suffraganei Poznaniensis ordin. Predicatorum, emtus tempore sui study Padvani 150primo, detur studentibus propter Deum«; 2. »Ex schola Mariae Virginis«; 3. »Pro maiori Collegio Rdi olim Nicolai Kocowij (Koczowski). Requiescat in pace, Amen«!

— Tractatus de natura universalis. S. l. & a., 4to, ff. nn. 8, sine sign., typ. goth.

Incun. *17*, Hain *1510*. — Ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte.



— In octo Polliticorum Aristotelis libros, cum textu ejusdem, interprete Leonardo Aretino. Venetiis, impensis Andr. Torresani de Asula arte vero Sim. de Luere, ultimo mensis Octobris 1500, fol.,

ff. num. 147 et 1 nn., sign. A_2—T_5; typ. goth.

Philos. *2714 a.*, Hain *1516.* — Una ligatus liber cum alio, s. XVI typis impresso (2714 a.— 2714 b., tertius in fronte posteriore tempore exsectus).

— Commentaria super libros Aristotelis De anima. Venetiis, impr. per mgrum Raymaldum de Novimagio Almanum, 1481, fol., ff. nn. 60, sign. a—k, typ. goth.

Incun. *435* (434), Hain *1519.* — Una ligatus liber cum 2 aliis opusculis (434—436), ex legato episcopi Tomicki a. 1536.

— — Item, Venetiis, impr. per Rayn. de Novimagio, 1481, fol., u. s.

Incun. *1943*, Hain *1519.* — Ineunte seculo XVI x⁊ꝑa »Maioris Collegij«.

— Commentaria super Aristotelis libros De anima. Papia (!), impr. per Mart. Laualle de Monferato, 1488, fol., ff. nn. 62, sign. a_1—k_4, typ. goth.

Incun. *2029* (2028), cf. Hain *1521.* — Cum literis init. depictis, una compactus cum alio

Liber mgri martini de Ilkusch

opusculo (2028—2029), olim »Liber mgri Martini (Biem) de Ilkusch«, cum ejus autographo.

— Commentaria in Aristotelis octo Physicorum libros. S. l., 1480, fol., ff. nn. 141, sign. a_2—s_3, typ. goth.

Incun. *1944*, Hain *1527.* — Liber olim cum alio ligatus (alter hic vero ad calcem expost exsectus), cum adscriptione in fronte antiquae manus: »Liber legatus per mgrum Simonem (Sieprcium) de Syeprez pro libraria artistarum«.

— — Item, s. l., 1480, fol., u. s.

Incun. *2049*, Hain *1527.* — Liber cum literis init. depictis, cum exarato in tegumentis signo introligatoris Lis et cum his diversarum manuum adscriptionibus in fronte: 1. »Liber presens est Gregorij Orlijn«; 2. »emptus ab eodem«; 3. »1517 donatus burse pauperum«.

— In libros Aristotelis De coelo et mundo commentaria, cum additionibus Petri Alverniensis de Alvernia. Venetiis, impr. per Greg. et Joh. de Gregoriis fratres, 1495, fol., ff. num. 72, sign. a_2—m_3, typ. goth.

Philos. *2611 c.*, Hain *1532.* — Anno 1580 in uno volumine compactus liber cum Thienensi (2611 d.) et 5 aliis s. XVI typis impressis opusculis, cum his in fronte adscriptionibus: 1. »Pro philosophica facultate ab Admodum Rdis dnis executoribus Rdi olim Zacharie Starnigelij donatus die 22 Maij 1641«; 2. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Opuscula praeclarissima. Venetiis, impr. ingenio ac impensa Herm. Lichtenstein Coloniensis, 1490, 4to, ff. nn. 456, sign. aa_2—HH_6, typ. goth.

Incun. *359*, Hain *1541.* — Liber cum literis init. depictis, in cujus tegumento fragmentum epistolae germanicae, Vienna Cracoviam missae, ex legato dris Petri Swiętopełk.

— Opuscula. Venetiis, impr. mandato et expensis Octaviani Scoti Modoetiensis, cura et ingenio Boneti Locatelli Bergomensis, 1498, fol., ff. nn. 341, sign. aa_2—RR_3, typ. goth.

Incun. *1945*, Hain *1542.* — Liber emtus a. 1878, cum adscriptione in fronte: »Ex legato Rdi patris .....« (locus mucore corruptus).

— De ente et essentia, seu de quiddittibus, cum commentatione Gerhardi Montani de Monte. S. l. & a., fol., ff. num. 36 et 1 nn., sign. AAi—FFiij, typ. goth.

Incun. *1639* (1636), cf. Hain *16048.* — Anno 1520 in uno volumine cum 3 aliis opusculis compactus liber (1636—1639), cum exarata in tegumentis bb. V. Maria cum Infantulo et sceptro et cum adscriptione in fronte: »Andreas (Ustiensis) de Vszcije«.

— Tractatus perutilis et subtilis de unitate intellectus contra commentationem Averroim, editus a dre s. Thoma de Aquino (cum subscriptione in fine: »Finis ipso situs est per me Joh. de Hassia Theotonicum in Taruixina civitate 21 Augusti 1476«). S. l. & a., (Venetiis, Raymaldus de Novimagio impr., 1481?), fol., ff. nn. 13, sine sign., typ. goth.

Incun. *436* (434), Hain *?* — Una compactus libellus cum 2 aliis opusculis (434—436), ex legato episcopi Tomicki a. 1536.

— v. Aristoteles; Bergomensis P.; Boëthius; Capreolus; Copulata; Dorbellus de Orbellis; Donsa; Expositiones (584 sqq.); Flandriensis; Formalitates; Gorichem; Hispanus P.; Hundt; Montanus G.; Montanus L.; Niger P.; Positiones; Turrecremata; Versor.

Aquinensis episcopus, v. Caracciolus Rob. de Licio.

Aquitanicus Johannes Vinc. expositor, v. Bethuniensis Ebr. Graecista.

Arabs Johannitius medicus, v. Johannitius med.

Arabs physicus: v. Avicenna Abd.; Geber medicus.

Arabum reges (icon chalcogr.), v. Tres reges.

Aragonensis Guillerinus theologus eximius, v. Gorris Guill.

Araneus Casparus de Radoszyce, artium mgr. Cracoviensis: v. Pajączek Casp.

ARATOR poëta christianissimus:

— In Actus apostolorum. S. l. & a., 4to, ff. nn. 59, sign. Aij—Kiij, typ. rom.

Incun. *19*, Hain *1550*. — Liber temporibus dris Muczkowski iterum restitus.

ARATUS poëta:

— Phaenomena geogr. et alia fragmenta, latine et graece, Germanico Caesare et M. T. Cicerone interpretibus ac R. F. Avienio paraphraste: v. Avienius (106 Math.); Scriptores astron. veteres (966 sqq.).

Arbensis archidiaconus et concionator, v. Nimireus.

Arbor consanguinitatis: v. Andreae Joh., legum monarcha.

Arbor vitae Christi, v. Casaliensis Ubert.

Archiepiscopatus totius ecclesiae, v. Patriarchatus.

Archonium rerum vocabularius, v. Brack Wenc.

***ARCISZEWSKI Jacobus** de Erdzieszów, alias etiam Erciszowski nuncupatus, Nobilis de armis Rola s. Krojc. scholaris, bacc. et artium mgr. Cracoviensis, (post festa Nativitatis Christi a. 1494 in mgrum artium et philosophiae promotus), posterius decretorum dr. et professor, canonicus cathedralis Cracoviensis Wladislawiensisque ac oeties (a. 1515–1533) rector Universitatis († in rectoratu 31. VII 1533), c. a. 1530 possessor (?) libri:



— Rampigollus. Aurea Biblia. (Coloniae), s. a., fol. (756, liber cum exuratis in anteriore parte tegumenti armis Rola s. Krojc).

Arculanus Johannes de Arculis Veronensis, sui temporis medicorum ac philosophorum princeps (Hain 1552 sq.): v. Herculanus Joh. dr.

— v. Marlianus Joh. (1273).

Ardoynis (de) Santes physicus (Hain 1554 sq.), v. Pensaurus Sant. de Ard.

ARENTINUS Laurentius:

— Vita Mojsis, cum impressa ad calcem subscriptione: »Finis vite Moysi. Laurētius arentinus« (!). S. l. & a., (Romae, impr. Steph. Planck), 4to, ff. nn. 8, sine sign., typ. goth.

Hist. *6775*, Hain *1557*. — In chartula Catalogi adnotavit dr. Bandtke: »Laur. Arentinus, de quo nullibi quidquam inveni«.

ARETINUS Angelus de Aretio de Gambilionibus, alias etiam Ang. Gambilionus nuncupatus, juris utriusque dr., juris civilis lector famosissimus et juris utriusque monarcha excellentissimus:

— Aurea lectura super Institutionum libris, cum continuationibus Franc. Accolti de Accoltis de Aretio. Venetiis, impr. arte et industria Andr. Thoresani de Asula, 1497, fol. maj., ff. nn. 10 et num. 389, sign. Aij—nn$_5$, typ. goth.

Incun. *553*, cf. Hain *1606*. — Liber cum literis init. depictis, olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Tractatus in practica maleficiorum, una cum additionibus Augustini de Bonfrancischis de Arrimino. Venetiis, impr. arte et impensa Andr. de Calabriis de Papia, 1491. fol. maj., ff. nn. 122, sign. Aij—riij, typ. goth.

Incun. *555* (554), cf. Hain *1630*. — Una compactus liber cum alio opusculo (554–555), ex legato dris Czepel.

Aretinus Antonius de Aretio de Rosellis, juris monarcha: v. Rosellus Ant.

Aretinus episcopus Gentilis, v. Becchius Gent. Urbinas.

Aretinus Franciscus de Aretio: v. Accoltus Fr.; Phalaris.

Aretinus Johannes de Aretio, grammaticus: v. Tortellius Joh.

Aretinus Laurentius de Aretio (Hain 1557), v. Arentinus Laur.

ARETINUS Leonardus de Aretio, poëta laureatus, vir sui temporis sine contradictione doctissimus:

— Epistolae familiares. S. l., 1495, fol., ff. nn. 56, sign. aii—iiii, typ. rom.

Incun. *951* (950), Hain *1567*. — Una compactus libellus cum 3 aliis opusculis (950—952, unum in fronte expost exsectum), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.

— De studiis et literis seu de studendi modo in humanitatis studiis. Paduae, impr. a mgro Matthaeo Cerdonis de Vuindischgrecz, 1483, 4to, ff. nn. 8, sine sign., typ. goth.

Incun. *20*. Hain *1574*. — Libellus cum adnotationibus dris Stanislai Biel Neopolitani.

— v. Aquinas s. (2714 a. Philos.); Aristoteles (666 sqq.); Basilius M.; Censorinus.

Aretio (de): v. Accoltus; Arentinus; Aretinus; Tortellius.

Argellata (de) Petrus artium et medicinae dr. (Hain 1635 sqq.): v. Largelata Petr.

Argentina alias Argentoratum aut Strassburg:

— Argentinae typis impressa opera, quae »Polonica« dicuntur:

— Płoński, Tractatus sacerdotalis de sacramentis. Argent., 1488. fol. (4765 Theol. pol.).

— Polonus M. Margarita Decreti. Argent., 1484. fol. (?, hodie desideratur).

— — Margarita Decreti. Argent., 1486, fol. (4662 Jus pol.).

— — Margarita Decreti. Argent., 1489, fol. (2513 sq.).

— — Margarita Decreti. Argent., 1493, fol. (2514 sq.).

— — Margarita Decreti. Argent., 1499, fol. (olim 23. II. 37 a., hodie desideratur).

— — Sermones de tempore et de sanctis. Argent., 1484. fol. (1261 sqq.).

— v. Flach Mart.; Polonica.

Argentinensis Martinus civis et typographus, v. Flach Mart.

Argentinensis Petrus juris utriusque dr., orator et poëta graecaeque linguae eruditus: v. Schottus Petr.

***ARGENTINENSIS Rudolphus** de Argentina (= de Brodnica?) fr. ordin. Minorum, eleemosynis suis acquisivit a. Dni 1477 Bononiae librum:

— Scotus J. D. Super IIItio Sententiarum. (Vincentiae), 1473, fol. (1861).

Argentinensis synodus a. 1482, v. Keisersperg Joh. dr.

ARGENTINENSIS Thomas de Argentina ordin. Eremitarum s. Augustini, acutissimus auctor:

— Scripta super quatuor libros Sententiarum, lib. I—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490, fol., I. ff. nn. 18 (Tabula), sign. 2—a_6, nn. 159. b—3_5; II. ff. nn. 108, sign. A—P_5; III. ff. nn. 74, sign. aa_2—ll_4; IV. ff. nn. 212, sign. AA—III_4, typ. goth.

Incun. *1721*. Hain *?* — In fronte libri (passim cum glossis polonicis): 1. propria possessoris manu: »Liber mgri Martini (Kulap) de Tarnowiecz, comparatus marca et novem grossis anno salutis nostre 1502 pro festo s. Viti« (15. VI); 2. »Collegii maioris«.

— — Item, lib. I—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490, fol., u. s.

Incun. *1722*. Hain *?* — In fronte libri, s. XIX noviter vestiti, diversis manibus: 1. »Iste fuit liber dris Pauli (Zakliczowitne) de Zacliczew, legatus pro libraria theologorum Collegij maioris«; 2. »introligatus impensis dris Nicolai Mikosz de Cracouia, custodis s. Floriani, et ob eam causam vsum eius habet«.

— — Item, lib. I—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490, fol., u. s.

Incun. *1723*. Hain *?* — In antiqua voluminis ligatura exaratum: 1. »Sententiarum«; 2. Aquila cum corona in scuto, signum introligatoris.

— — Item, lib. I—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach. 1490, fol., u. s.

Incun. *1724*, Hain *?* — In fronte libri, s. XIX iteram vestiti, diversis manibus: 1. »Mgri Iacobi (Fridel) de Cleparz, 18 Augusti 1525 emptus iij florenis«; 2. »Ex bibliotheca domus maioris«.

— — Item, lib. I—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490, fol., u. s.

Incun. *1725*. Hain *?* — In fronte libri manu exeuntis s. XVI aut ineuntis s. XVII: »Est Ioannis de ..... (locus exsectus) artium mgri, in ecclesia s/nae? patriae (?) s. ..... (locus derasus) affigatur«.

— — Item, lib. I—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490, fol., u. s.

Incun. *2321*, Hain *?* — Exemplar s. XIX iterum vestitum.

— — Item, lib. I—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490, fol., u. s.

Incun. *2325*, Hain *?* — Item liber s. XIX de novo vestitus.

— — Item, lib. I—II. (Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490), fol., u. s.

Incun. *1726*. Hain *?* — Liber cum literis init. depictis, in cujus fronte et posteriore tegumento diversis manibus: 1. »Iste liber legatus est pro libraria theologorum Collegij maioris artistarum per Venerabilem mgrum Iacobum (Gostyninum) de Gostijnijn, s. theologie professorem. Oretur pro eo«!; 2. »Ioannis Solidi Cracouiensis sum«.

— — Item, lib. I—II. (Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490), fol., u. s.

Incun. *1727*, Hain *?* — In anteriore tegumento libri et in ejus fronte diversis manibus: 1. »Sum mgri Stanislai Byalkowskj«; 2. »Liber olim dris Stanislai (Wielopolensis de) Wyelepole, collegiati domus maioris, canonici s. Floriani. Oretur pro eo«!; 3. »pro minori Collegio per executores datus«.

— — Item, lib. I—II. (Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490), fol., u. s.

Incun. *2322*, Hain *?* — Exemplar s. XIX iterum vestitum, olim κτῆμα Collegii majoris.

— — Item, lib. I—II. (Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490), fol., u. s.

Incun. *2323*. Hain *?* — Exemplar passim cum adscriptionibus mgri Bicn Ilkussii, verisimiliter quondam ejus κτῆμα.

— — Item, lib. I—II. (Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490), fol., u. s.

Incun. *2326*. Hain *?* — Olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«, s. XIX de novo vestitum.

— — Item, lib. I—II. (Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490), fol., u. s.

Incun. *2327*, Hain *?* — Exemplar cum literis init. depictis et cum adscriptione in fronte: »Dris Andr. Schonei«.

— — Item, lib. III—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490, fol., u. s.

Incun. *1728*, Hain *?* — Item liber cum literis init. depictis et item ex legato mgri Jacobi Gostynini, u. s.

— — Item, lib. III—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490, fol., u. s.

Incun. *1729*, Hain *?* — In fronte libri: »Dris Andr. Schonei, pro libraria Collegij maioris«.

— — Item, lib. III—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490, fol., u. s.

Incun. *1730*, Hain *?* — In anteriore parte tegumenti diversis manibus: 1. incuntis s. XVI: »Mathie (Ostrowitae) de Ostrow sum«; 2. alia manu s. XVI: »Et nunc Vniuersitatis seu Collegij Cracouiensis«.

— Item, lib. III—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490, fol., u. s.

Incun. *2324*, Hain *?* — Exemplar cum literis init. depictis, olim κτῆμα Collegii majoris.

Argentinensis Thomas ordin. Minorum, scholaris Cracoviensis: v. Murner Thom.

Argentoratum alias Argentina aut Strassburg, v. Argentina.

Argilagnes Franciscus de Valentia, dr. medicinae: v. Abbanus de Abbano (1374 sqq.).

Argyrophilus Johannes translator, v. Aristoteles (614 sqq.).

ARIMINENSIS Gregorius de Arimino ordin. Eremitarum s. Augustini, alias etiam Arminensis dictus, s. paginae mgr. et professor praecellentissimus:

— Lectura primi libri Sententiarum. Parisius, 1482, fol., ff. nn. 332, sign. Ai—r_3, typ. goth.

Incun. *847*, Hain *1645*. — Una compactus cum libro sequenti (847—848), ex legato mgri Johannis Sommerfelt-Sum Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.

— Scriptum super secundum Sententiarum. (Mediolani), impr. ope ac impensa Petri Ant. de Castelliono Mediolanensis per mgrum Uldericum Scinzenzeler, 1494, fol., ff. nn. 162, sign. a_3—u_5, typ. goth.

Incun. *848* (847), Hain *1648*. — Ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, u. s., cum ejus Johannis Sommerfelt-Sum autographo.

ARIMINENSIS Henricus de Arimino ordin. Praedicatorum:

— De quatuor virtutibus cardinalibus, cum Tabula Thomae Dornibergi. Argentinae, s. a., fol., ff. nn. 147, sine sign., typ. goth.

Incun. *486*, Hain *1649*. — Liber cum literis init. depictis, noviter s. XIX vestitus.

ARISTARCHUS Samius:

— De magnitudinibus et distantiis solis et lunae, Georgio Valla Placentino interprete: v. Nicephorus.

ARISTOPHANES:

— Comoediae novem, graece. Venetiis, impr. apud Aldum Manutium, 1498 (M. II D), fol., ff. nn. 347, sign. 2—Tiij, typ. graecis.

Incun. *2218*, Hain *1656*. — Ex legato dris Czepel de Poznania. »Cuius animam Dnus Deus habeat«!

ARISTOTELES Stagyrita Graecorum sapientissimus, philosophorum omnium princeps atque monarcha:

— Opera. graece, volumen I. Venetiis, impr. dexteritate Aldi Manutii Romani. 1495, fol., ff. nn. 234, sign. Aiii—fiij. typ. graecis.

Incun. *2220*. Hain *1657 I*. — Olim x-ĩ̃μx »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Opera, graece, vol. II. Venetiis, excriptum (!) manu stamnea (!) in domo Aldi Manutii. 1497 (M. III D). fol., ff. nn. 32 et num. 268, sign. *—Kiii, typ. graecis et rom.

Incun. *607*. Hain *1657 II*. — Item olim x-ĩ̃μx »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Opera. graece. vol. III. Venetiis, in domo Aldi. 1497 (M. III D). fol., ff. num. 457 et nn. 9. sign. aazz—X_4, typ. graecis.

Incun. *2221*. Hain *1657 III*. - Item olim x-ĩ̃μx »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Opera, graece. vol. IV 1 (Hain 1657 IV 1): v. Theophrastus (2285).

— Opera, graece, vol. IV 2. Venetiis. excriptum in domo Aldi Manutii. 1497 (M. III D). fol., ff. num. 116. 42, 12. 121 et nn. 1, sign. AAAaaa—PPPoooiiiii, typ. graecis.

Incun. *2222*, Hain *1657 IV 2*. — Item olim x-ĩ̃μx »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Opera, graece, vol. V. Venetiis, apud Aldum, 1498 (M. II D). fol.. ff. num. 1—209. nn. 13. num. 210—316 et 1 nn., sign. zzzzii—$KKKK_6$, typ. graecis.

Incun. *2223*. Hain *1657 V*. — Item olim x-ĩ̃μx »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«, cum adscriptione in dorso, posita manu s. XIX: »Aristoteles, 1548 (!), Aldus«.

— Opera nonnulla. latine per Joh. Argyrophilum et alios. Venetiis. impr. per Greg. de Gregoriis expensis Bened. Fontanae, 1496, fol., ff. nn. 4. num. 402 et 1 nn.. sign. aa—¶Qii, typ. rom., cum literis init. florent. et cum figuris xylogr.

Incun. *614*, Hain *1659*. — In fronte libri antiqua manu: »Liber iste 47 grossis est comparatus a. Dni 1501«.

— — Item, Venetiis, impr. per Greg. de Gregoriis, 1496, fol., ff. nn. 3 (primum desideratur). num. 402 et 1 nn., u. s.

Incun. *2340*, Hain *1659*. — Exemplar mucore et aqua corruptum, cum adscriptione in fronte, posita s. XVII propria possessoris manu: »Iohannis Machatar«.

— Opera, cum commento Averrois, I 1 & III (Praedicabilia, Perihermenias, Priora, Posteriora, Topica, Elenchorum. Ethicorum et Politicorum libri). Venetiis, impr. impensa Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 222, sign. a—Q_8, typ. goth.

Incun. *662*, Hain *1660 I 1* & *III*. — Liber cum litera init. C. in fronte depicta, ex legato ngri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.



Opera, latine. I 2 (Physicorum libri, cum commento Averrois). Venetiis, impr. impensa atque diligentia Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 159, sign. AA_2—UU_4, typ. goth.

Incun. *659*, Hain *1660 I 2*. — Liber temporibus dris Bandtke de novo vestitus.

— — Item. I 2. Venetiis, impr. imp. Andr. de Asula, 1483, fol. maj., u. s.

Incun. *1001*, Hain *1660 I 2*. — Una introligatus liber cum alio opuscnlo (1001—1002), cum adscriptione in fronte: »Iste liber datus est a mgro Bartholomeo Fagilneo de Wratislauia pro bibliotheca minoris Collegy a. Dni 1521«.

— — Item, I 2. Venetiis, impr. imp. Andr. de Asula, 1483, fol. maj.. u. s.

Incun. *1717*, Hain *1660 I 2*. — Liber cum litera init. Q. in fronte depicta, una compactus cum Aristotelis parte II (1717—1718), ex legato ngri Sommerfeld-Aesticampiani.



— — Item. I 2. Venetiis, impr. imp. Andr. de Asula, 1483, fol. maj., u. s.

Incun. *2341*, Hain *1660 I 2*. — Exemplar ex legato dris Czepel Poznanitae. »Cuivs animam Dnus Deus habeat«!

— Opera. cum commento Averrois, I 2 & II 1 (Physicorum libri, De coelo et mundo. De generatione et corruptione). Venetiis, impr. impensa atque diligentia Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 159 et 115, sign. AA_2—gg_5, typ. goth.

Incun. *601* (600), Hain *1660 I 2* & *III*. — Liber cum literis init. depictis, una compactus

cum alio opere, ex legato dris Świętopełk de Zembrzyce alias de Nieznanowice.

— — Item, I & II (De coelo et mundo, De gener. et corr., Physicorum libri). Venetiis, impr. imp. Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 115 et 159, sign. a_2—VV_4, typ. goth.

Incun. *2405*, Hain *1660 I & II*. — Olim κτῆμα Collegii majoris.

— Opera, II (? De generatione et corruptione, Metheororum libri, De sensu et sensato, De somno et vigilia, De causa longitudinis et brevitatis vitae, cum commento Averrois, item Averrois De sbera orbis). Venetiis, impr. impensa atque diligentia Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 54, sign. ff—K_4, typ. goth.

Incun. *661*, Hain *1660 II (?)*. — Item olim κτῆμα Collegii majoris.

— Opera, II 1 (De coelo et mundo, De generatione et corruptione, Metheororum libri, cum commento Averrois, Venetiis, impensa atque diligentia Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 142, sign. a_2—N_3, typ. goth.

Incun. *2104*, Hain *1660 II 1 (?)*. — Ex legato dris Czepel de Poznania. »Cvivs animam Dnvs Devs habeat«!

— Opera, II 1 (? De coelo et mundo), cum commento Averrois. Venetiis, impr. impensa atque diligentia Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 99, sign. a_2—ee_2, typ. goth.

Incun. *1718* (1717), Hain *1660 II 1 (?)*. — Ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, u. s.

— Opera, cum commento Averrois, II 1 (De coelo et mundo). Venetiis, impr. impensa Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 100, sign. a_2—ee_4, typ. goth.

Incun. *2370*, Hain *1660 II 1*. — Olim κτῆμα Collegii majoris.

— Opera, II 2 (De anima, De sensu et sensato, De memoria et reminiscentia, De somno et vigilia, De causa longitudinis et brevitatis vitae, item liber Averrois De sbera orbis). Venetiis, impr. impensa atque diligentia Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 77, sign. A—K_4, typ. goth.

Incun. *462*, cf. Hain *1660 II 2* & *1709*. — Ex legato dris Czepel de Poznania.

— Opera, II & III (? De anima, De sensu et sensato, De somno et vigilia, De causa longitudinis et brevitatis vitae, Metheororum libri, Metaphysica), cum commento Averrois. Venetiis, impr. impensa atque diligentia Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 95, 132 et 103, sign. A—16_3, typ. goth.

Incun. *663*, Hain *1660 II & III (?)*. — Liber cum literis init. depictis, ex legato dris Petri Świętopełk de Nieznanowice.

— Opera, II & III (De generatione et corruptione, Metheororum libri, De anima, De sensu et sensato, De memoria, De somno et vigilia, De causa longitudinis et brevitatis vitae, Metaphysices libri, cum commento Averrois). Venetiis, impendio ac diligentia Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 248, sign. ff—16_8, typ. goth.

Incun. *2103*, Hain *1660 II & III*. — Ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo. »Orctur pro eo«! Johanne Sommerfeld-Asticampiani

— Opera, III 1 (Metaphysicae libri, cum commento Averrois). Venetiis, impr. impendio ac diligentia Andr. de Asula, 1483, fol. maj., ff. nn. 132, sign. i—16_3, typ. goth.

Incun. *660*, Hain *1660 III 1*. — Ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Opera, III 2 (? Ethicorum, Politicorum et Oeconomicorum libri, cum commento Averrois). Venetiis, impendio industriave Andr. de Asula Bartholomaeique Alexandrini, sociorum, 1483, fol. maj., ff. nn. 97, sign. A—Q_3, typ. goth.

Incun. *1715*, Hain *1660 III 2 (?)*. — Ex legato dris Czepel Poznanitae. »Cvius animam Dnvs Devs habeat«!

— Ethicorum libri (»Incipit liber p'mus ethicor. Aristotelis Stragelite (?) ad nicomachū. Ca. j.'' (O) Mnis .....«). S. l. & a., (Venetiis, impr. per Andr. de Asula et Bartholom. Alexandrinum), fol., ff. nn. 34, sign. A—CC_3, typ. goth.

Incun. *604*, Hain *1660 III 2 (?)*. — In anteriore parte tegumenti manu s. XV/XVI: »Ethicorum Aristotelis cum commento Auerrois, Vniuersitatis«, in fronte vero (f. A) manu s. XVII/XVIII: »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Opera, cum commentariis Averrois, I. Venetiis, impr. studio Bernardini de Tridino ac ejus impensa, 1489, fol. maj., ff. nn. 278, sign. a_2—Z_5, typ. goth.

Incun. *598*. Hain *1661 I.* — In fronte libri antiqua s. XVI manu: »Bibliotece Collegii maioris«. Ceteroquin in tegumentis exarati: Jesus Christus (Ecce homo), bb. V. Maria cum Infantulo, s. Barbara, s. Katharina Alex., item Aquila cum corona in scuto, signum introligatoris.

— Opera, cum commentariis Averrois, II. Venetiis, impr. per Bernardinum de Tridino de Monteferrato, 1489, fol. maj., ff. nn. 268 (279—546), sign. j—nnn$_9$, typ. goth.

Incun. *599*. Hain *1661 II.* — In fronte libri (f. vacuo) antiqua s. XVI manu: »Pro libraria Vniuersitatis maioris Collegij«. Ceteroquin etiam in tegumentis hujus voluminis exarati: Jesus Christus (Ecce homo) bb. V. Maria cum Infantulo, s. Barbara, s. Katharina Alex. et Aquila cum corona in scuto, signum ligatoris.

— Opera, cum commento Averrois Physicorum, De coelo et mundo, De gener. et corr., De anima, De sensu et sensato &c.). S. l. & a. (initium et finis desiderantur), fol. maj., ff. num. 58—326 et nn. 126, sign. h$_3$—oo$_4$, typ. goth.

Incun. *602*, Hain *?* — Liber temporibus dris Bandtke iterum vestitus.

— Textus Praedicamentorum. S. l. & a., (Lipsiae, Mart. Herbipolensis impr.), fol., ff. nn. 18, sign. Aij—Ciij, typ. goth.

Incun. *1447*, cf. Hain *1662*. — In uno volumine cum 2 aliis compactus liber (1446—1448), temporibus dris Bandtke denuo vestitus.

— Posteriora analytica, cum Joh. Versoris Quaestionibus, explanatis, resolutis et recollectis per Johannem Glogovitam (Hain 1669): v. Versor (1999 et Philos. pol. 279).

— Copulata super Veterem artem Hain 1672 sqq.), v. Copulata.

— Copulata totius Novae logicae Hain 1675 sqq.), v. Copulata.

— Rhetorica, ex arabico latine reddita, interprete Hermanno Alemano Hain 1681): v. Alfarabius.

— Opera de naturali philosophia, cum Averrois De substantia orbis. Venetiis, impr. per mgrum Philipp. Venetum ejusque impensis, 1482, fol., ff. nn. 360, sign. aii—T$_8$, typ. rom.

Incun. *574*, Hain *1682*. — Liber cum litera init. Q. in fronte depicta, ex legato dris Świętopełk de Zembrzyce.

— — Item. Venetiis, impr. per mgrum Philipp. Venetum, 1482, fol., u. s.

Incun. *2371*, Hain *1682* — Exemplar cum exarata in tegumentis Aquila sine corona in quadrato, signo introligatoris.

— Physica seu de physico auditu. Lipsiae, impr. per Mart. Herbipolensem, s. a., fol., ff. nn. 90, sign. Aij—Piiij, typ. goth.

Incun. *588*, cf. Hain *1684*. — Liber a. 1524 unu compactus cum Scoto (588—589), cum exarata in anteriore tegumento s. Katharina Alex. et cum adscriptionibus in fronte diversarum manuum: 1. »a ligatura gr. 5«; 2. »Sum dris Anthonij Napachaniensis, Collegij maioris college«. Idem (?) dr. Napachanius adscripsit ad calcem voluminis propria manu ff. 16 tractatum sub titulo: »Johannis, archiepiscopi Cantuariensis, Perspectiua communis«.

— Copulata super VIII Physicorum libros (Hain 1685 sqq.), v. Montanus Lamb.

— De coelo et mundo libri IV. S. l. & a., (Lipsiae, impr. per Mart. Herbipolensem), fol., ff. nn. 49, sign. Aij—Hiij, typ. goth.

Incun. *593*, cf. Hain *1687*. — Liber cum literis init. depictis, item cum exaratis in tegumentis bb. V. Maria cum Infantulo, s. Ursula et s. Olao cum hulabarda et cum adscriptionibus in fronte manuum diversarum: 1. »Liber mgri Mathie (Krawiec s. Sartoris) de Ilkusch« (deletum); 2. »Liber communitatis domus maioris«. Ceteroquin in membranis in fronte et ad

calcem voluminis fragmenta, ut videntur, poematis Wolframi Eschenbachii »Willehalm«.

— — Item, s. l. & a., (Lipsiae, impr. per Mart. Herbipolensem), fol., u. s.

Incun. *1407* (1406), cf. Hain *1687*. — Liber cum adscriptionibus Michaelis Wratislawitae, in uno volumine compactus cum 3 aliis opusculis (1406—1409), in cujus fronte et ad calcem in membranis item fragmenta, ut videntur, Wolframi Eschenbachii, u. s.

— Libri quatuor De coelo et mundo intitulati, generaliter de toto universo. Lipczk, impr. per bacc. Wolfg. Monacensem, 1500, fol.

Incun. *?*, Hain *?* — Temporibus dris Bandtke W. VI. 10 b. signatus liber hodie desideratur.

— De generatione et corruptione liber. Lipsiae, impr. per Mart. Herbipolensem, s. a., fol., ff. nn. 29, sign. Aij—Eij, typ. goth.

Incun. *1409* (1406), cf. Hain *1690*. — Cum adscriptionibus dris Mich. Wratislawitae, u. s.

— De generatione et corruptione libri, cum commento Aegidii (Columnae) Romani et Quaestionibus Marsilii Ingenui ab Inghen, emendatis per Nicoletum Verniam Theatinum. Patavii, impr. per mgrum Joh. Herbort de Silgenstat. 1480, fol. maj., ff. nn. 125, sign. a_2—E_4, typ. goth.

Incun. *603*, Hain *1692*. — Ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum adscriptionibus in fronte »Sum de Collegio maiori«, ad calcem autem proprin possessoris manu: »Esticampiani Iohannis sum«.



— — Item, Patavii, impr. per Joh. Herbort de Silgenstat, 1480, fol. maj., u. s.

Incun. *1716*, Hain *1692*. — In fronte libri diversis manibus: 1. »Egidius super De generatione et Quaestiones Marsilij 2 flor. emptus«; 2. »mgr. Martinus Neruicius Clodaniensis sibi amirisque suis parauit gr. 24 a. Dni 1563«; 3. »Collegio minori Ad. Schoneus«; 4. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— De natura animalium &c., interprete Theodoro Gaza. Venetiis, impr. expensis Octaviani Scoti Modoctiensis per Bartholom. de Zanis de Portesio, 1498, fol., ff. nn. 6 et 89 num., sign. aii—qiii, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *615*, Hain *1703*. — Liber cum adscriptione in fronte (f. vacuo ante textum) manus antiquae: »Minoris Collegy« et cum exarata in anteriore tegumento bb. V. Maria cum Infantulo.

— De anima libri tres. Lypczk, impr. per bacc. Wolfg. Monacensem, 1500, fol., ff. nn. 30, sign. aiij—Eiij, typ. goth.

Incun. *1408* (1406), Hain *1706*. — Cum adscriptionibus dris Wratislawitae, u. s.

— — Item, Lypczk, impr. per Wolfg. Monacensem, 1500, fol., u. s.

Incun. *1952*, (1950), Hain *1706*. — In uno volumine cum 2 aliis (1950—1952) ab ligatore de signo Aquilae cum corona in scuto compactus liber, olim κτῆμα mgri Caspari Pajączek s. Aranei Radoszycii et amicorum, cum adscriptionibus ad calcem manus incuntis s. XVI: 1. »Sub mgro Gregorio (Stawiszynio) de Stawyschin libros Aristotelis De anima commutacione estiua in lectorio Socratis hora 10 audiui in a. Dni 1510«; 2. versiculi:

»Bij starij mogl a mlodij szmijal,
Thedijbij zadnij kijeo nije bel czal«;
3. item palaeopolonice »Ktho nijema kurwe w szym (!) rodzije, thedij tho zmaz«!

— Libri de anima. Lypczk. impr. per bacc. Wolfg. Monacensem, 1498, fol., ff. nn. 34, sign. Aij—Fiij, typ. goth.

Incun. *1196* (1195), cf. Hain *1707*. — Liber cum litera init. B. in fronte depicta, una ligatus cum Montano (1195—1196), cum exaratis in tegumentis bb. V. Maria cum Infantulo, s. Ursula et s. Olao cum halabarda, item cum adscriptionibus in fronte et ad calcem: 1. »Emptus iste liber per me Walentinum Budensem gr. xxj«;

2. »Sum Michaelis«; 3. »Sum Michaelis Visliciensis (vulgo Wisliczka dicti), emptus 12 gr. 1520 (!) pro bibliotheca Collegii maioris Studij Cracouiensis«; 4. »Liber iste comparatus (»comparatus« deletum) per me Iohannem 1524« (!); 5. »Idem Michael Vislicicnsis suprascriptus, artium liberalium mgr., s. Floriani canonicus, in drem theologie promotus est a. Dni 1546«.

— Tres De anima libri, per Johannem Argyrophylum e graeco in latinum tra-

ducti, cum commendatione mgri Wolfgangi Mosnauer. Venetiis, impr. per Jac. de Pentio de Leuco, x Kal. Novembris (s. a.), 4to, ff. nn. 34, sign. aij—hiii, typ. rom. et goth., cum litera init. C. in fronte xylogr.

Philol. gr. *567*, Hain *1708*. — Liber s. XIX de novo vestitus.

— Textus trium librorum De anima, cum commento secundum doctrinam Alberti Magni. Coloniae, opera et impensis Joh. Koelhoff Lubicensis characterisati. 1491, fol., ff. nn. 174, sign. aij—zvj, typ. goth., cum icone xylogr. episcopi docentis cum 6 auditoribus in fronte.

Incun. *450* (449), Hain *1710*. — Una introligatus cum 2 aliis libris (449 — 451), cum adscriptione in fronte propriae manus possessoris: »Michaelis Wratislawiensis sum«.

— — Item, Coloniae, opera et imp. Joh. Koelhoff, 1491, fol., u. s.

Incun. *1684*, Hain *1710*. — Una a ligatore Wąż de signo Wężykowie compactus cum Montano (1684—1685), cum adscriptionibus in anteriore tegumento et in fronte: 1. »Gabrielis de Lnuka« (Łękani de Łęka); 2. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— — Item, Coloniae, opera et imp. Joh. Koelhoff, 1491, fol., u. s.

Incun. *2406*, Hain *1710*. — In fronte libri, s. XIX iterum vestiti, manu s. XVII: »Stanislaus ..... (locus delctus) possessor«.

— — Item, Coloniae, opera et imp. Joh. Koelhoff, 1491, fol., ff. nn. 173 (f. ultimum deest), u. s.

Incun. *2571* (2570), Hain *1710*. — Exemplar una ligatum cum Versore, s. XIX de novo vestitum.

— Copulata super libros De anima (Hain 1712 sqq.), v. Montanus Lamb.

— Parva naturalia, De generatione et corruptione. S. l., 1488 tertio Nonas Martii, fol.

Incun. *?*, Hain *?* — Temporibus dris Bandtke 25. II. 24 c. signatus liber hodie desideratur.

— Textus Parvorum naturalium Aristotelis, cum commentario (Johannis Mechliniae de Mechlinia) secundum doctrinam Alberti Magni. (Coloniae), impr. per Joh. Koelhoff de Lubeck, 1491, fol., ff. nn. 151, sign. Aij—Yiiij, typ. goth., cum icone in fronte episcopi docentis et 6 discipulorum.

Incun. *591*, cf. Hain *1717*. — Liber cum literis init. depictis, quondam una cum alio ligatus, (alter hic vero ad calcem posterius oxsectus), cum adscriptione in fronte antiquae manus: »Liber Iohannis (Neopolitani) de Nova ciuitate, fratris Iozephi«.

— — Item, (Coloniae), impr. per Joh. Koelhoff de Lubeck, 1491, fol., u. s.

Incun. *592*, cf. Hain *1717*. — Exemplar absque fine (f. ultimum desideratur), cum adscriptionibus in fronte diversarum manuum: 1.» Sum mgri Alberti (Krypa) de Szamotuły hora...«; 2. »Anno 1507 in die s. Barbare (4. XII) pro medio octano grosso emptus, et isto anno fui scolasticus schole Anne«.

— — Item, (Coloniae), impr. per Joh. Koelhoff de Lubeck, 1491, fol., u. s.

Incun. *2127*, cf. Hain *1717*. — Liber mucore et aqua corruptus, in cujus posteriore tegumento antiqua manu: »Liber.....«.

— Problemata Arestotelis, determinantia multas quaestiones de variis corporum humanorum dispositionibus, valde audientibus suaves. S. l. & a., (Coloniae, impr. apud Lyskirchen, c. 1500 ?), 4to, ff. nn. 20, sign. A_3—D_4, typ. goth., cum iconibus xylogr. in fronte et ad calcem magistri cum 4 discipulis.

Incun. *2288*, cf. Hain *1727*. — In fronte libelli propria possessoris manu: »Anno Dni 1573 die 22 Decembris comparatus per me Iacobum Wielicensem (Wielicium) gr. 55«.

— Traductio nova Problematum Aristotelis ad Nicolaum V pontificem per Theodorum Ghazes. Graecum, per partienlarum divisionem. Mantuae, impr. per Joh. Vurster de Compidona et Joh. Baumeister, socios, s. a. (1471 ?), fol., ff. nn. 96, sine sign., typ. rom.

Incun. *610*, Hain *?* — Ad calcem libri (f. vacuo post textum) manu antiqua: »Problemata Aristotelis, legata domui per Venerabilem dnum Iohannem (Heidcke) de Demmis, plebanum ad s. Mariam in Cracovia«.

— Duodecim libri Metaphysicae, ab Aristotele editi, opus studio mgri Johannis Peylick de Czeycz climatum. Lyptzick, impr. per bacc. Mart. Landspergk de Herbipoli, 1499, fol., ff. nn. 122, sign. Aij—Viij, typ. goth.

Incun. *1434*, cf. Hain *1740*. — Liber passim cum literis init. depictis, una ligatus cum Scoto (1434—1435), ex legato dris Swodziszowicii.

— — Item, Lyptzick, impr. per Mart. Landspergk, 1499, fol., ff. 121 (ultimum desideratur), u. s.

Incun. *2346*, cf. Hain *1740*. — In fronte libri, s. XIX iterum vestiti, diversis manibus: 1. »Sub mgro Andrea (Ginziensi) de Gijncz commutacione estiualj 1511«; 2. »Dris Valentini Fontanj liber«.

— — Item, Lyptzick, impr. per M. Landspergk, 1499, fol., ff. 119 (ff. 3 priora desiderantur), sign. Bi—Viij, u. s.

Incun. *2347*, cf. Hain *1740*. — Liber passim cum literis init. depictis, s. XIX iterum vestitus.

— Metaphysica aliaque opera, Leonardo Aretino interprete. Venetiis, impr. impensa Octaviani Scoti, 1496, fol., ff. num. 266 et 109, sign. a—viiij, typ. goth.

Incun. *666*, cf. Hain *1741*. — Ex legato dris Mikosz Cracovitae.

— Textus Ethicorum, interprete fr. Henrico Kosbein ord. Praedicatorum. Parisiis, impr. Jehan Petit, 1500, fol., ff. nn. 1, num. 121 et nn. 4, sign. aii—xiij, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *606*, Hain *1758*. — Olim ✠ »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«, cum exarata in tegumentis Simia, signo ligatoris Simii.

— Ethica, Politica et Oeconomica, Leonardo Aretino interprete. S. l. & a., (Argentorati, circa a. 1470 impr. Joh. Mentelin), fol. min., ff. nn. 197, sine sign., typ. goth.

Incun. *577*, cf. Hain *1762*. — Liber cum literis init. depictis, (init. A. in fronte exscta), in cujus chartula Catalogi adscripsit dr. Bandtke: »Argentorati, circa a. 1470 impr. Joh. Mentelin«.

— Politicorum libri, cum commento Joh. Versoris. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1492 octavo (!) Idus Martii. fol., ff. nn. 1, num. 123 et 1 nn., sign. Aij—Xiij, typ. goth.

— Orationes Philipp. Beroaldi, Bononiae literas bonas docentis. Lugdini (!), impr. 1492, 4to, ff. nn. 78, sign. aii—kiij. typ. rom.

Neolat. *852*. Hain *2952*. — In fronte libri et in margine f. nn. 76: 1. »Honk (!) librum posidet Simun (!) Frankowic a. Dni 1639«; 2. »Ex libris Thomae Krzyżanowski, patriotae (!) Cracoviensis. 1777 die 20 Iulii a Nobili Ioscpho Zielinski c.(onsule) n.(rbis) C.(racoviensis) donatum«.

— Orationes multifariae, cum appendicula aliarum quoque orationcularum. (Bononiae), impr. a Benedicto bibliopola, 1500, 4to. ff. nn. 128, sign. aii—qiii, typ. rom.

Neolat. *853*. Hain *2955*. — Orationes una ligatae cum Sabellico et 5 aliis opusculis, incunte s. XVI typis impressis (853—859), cum adscriptionibus in fronte diversarum manuum: 1. »Liber mgri .....« (inounte s. XVI, locus derasus); 2. »..... Martini Nemicii Clodaniensis, 1574«; 3. »M. I. Dobrosielsky«; 4. »Bibliothecae Collegii juridici«!

— Opusculum eruditum. quo continetur declamatio philosophi. medici, oratoris, de excellentia disceptantium, cum epistola ad Paulum Sidlovitium (Szydłowiecki), scholasticum Polonum. S. l.

& a., (Bononiae), 4to. ff. nn. 9. sign. Aij—Biij. typ. rom. et goth.

Philos. *1958*. Hain *2962*. — Opusculum temporibus dris Mueskowski iterum vestitum.

— Libellus, quo Septem sapientum sententiae discutiuntur. alias Heptalogos sive Septem sapientes. Bononiae, impr. magna cura per Benedictum Hectoris Bononiensem. 1498. 4to, ff. nn. 23, sign. aii—ciiii, typ. rom.

Neolat. *1028*. Hain *2974*. — Donavit a. 1879 Lud. Michałowski.

— Carmen de die Dominicae passionis. Parisiis, impr. per ingrum Ant. Denidel, s. a., 4to, ff. nn. 6. sign. aii—a_3, typ. goth.

Incun. *378* (364). Hain *?* — In uno volumine compactum opusculum cum 17 aliis libellis (364—381), donum Wojciechi Dobiecki a. 1826.

— Commentarii Quaestionum Tusculanarum, v. Cicero (2826 Philos.).

— v. Caesar; Cicero; Plautus; Plinius; Propertius; Scriptores rei rust.; Suetonius; Urceus.

BERTACHINUS Johannes de Bertachino de Firmo, alias etiam Bartachinus nuncupatus, utriusque juris dr. Patavinus, advocatus papalis:

— Repertorium juris utriusque, pars I. Impr. per ingrum Georgium Laur de Herbipoli Theutonicum. 1481, fol. maj., ff. nn. 387, sine sign., typ. goth.

Incun. *1733*. Hain *2981 I*. — Ex legato dris Czepel Poznanitae. »Cvivs animam Dnvs Devs habeat«!

— Repertorium juris utriusque, pars III. S. l., (impr. per Georgium Laur de Herbipoli), 1481, fol. maj., ff. nn. 283, sine sign., typ. goth.

Incun. *710*. Hain *2891 III*. — Item ex legato dris Czepel.

— Repertorium juris utriusque, pars III. Nurembergk, impr. subtili ingenio et industria Ant. Koberger. 1483, fol. maj., ff. nn. 258, sign. a—qqiij, typ. goth.

Incun. *711*, Hain *2982 III*. — Liber cum literis init. depictis (lit. P. in fronte nitidissime depicta et deaurata), et cum adscriptione in fronte: »Mathie (Szydłowitae) de Schydlow, canonici Cracouiensis«.

— Repertorium juris utriusque, pars II. Venetiis, impr. per Georg. Arivabene Mantuanum, 1494, fol. maj., ff. nn. 4, num. 308 et 1 nn., sign. a—NN_3, typ. goth.

Incun. *737*, Hain *2985 II*. — Liber cum literis init. depictis (lit. A. in fronte nitide depicta), et cum adscriptione in fronte manus s. XVI: »Alb. Ski possessor«.

— Repertorium juris utriusque, pars I. Venetiis, impr. per Georg. ex Clara Arrivabenorum familia. 1500, fol. maj., ff. nn. 6 et num. 2—354 (recte 361), sign. a—Vij, typ. goth.

Incun. *712*. Hain *2987 I*. — Ex legato dris Nicolai Czepel Poznanitae.

BERTAPALIA Leonardus medicus:

— Cyrurgia, v. Cauliacus Guid.

— Recollecta super IVto Avicennae, v. Cauliacus G.

Berthorius Petrus ordin. s. Benedicti, v. Berchorius Petr.

BERTINI Antonius de Senis ordin. Jesuatorum, episcopus Fulginatensis, beatus:

— Liber de divina praeordinatione vitae et mortis humanae, compositus a. Dni 1480. S. l. & a., 4to (liber defectivus).

Incun. *?*, Hain *14678*. — Temporibus dris Bandtke E. XX. 6. signatus liber hodie desideratur.

BESSARION Nicolaus cardinalis et patriarcha Constantinopolitanus:

— Adversus (Georg. Trapezuntium), columniatorem Platonis. Romae, impresserunt Conradus Sueynheym Arnoldus Pannartzque ingri, (1469), fol., ff. nn. 231, sine sign., typ. rom.

Incun. *760*, Hain *3004*. — Ex legato ingri Sommerfeld Aesticampiani, qui propria (?) manu in fronte libri adscripsit: »Defensorium Platonis, liber singularis, continens concordancias philosophie et theologie, pro libraria theologorum«.

BETHUNIENSIS Ebrardus de Bethune, Graecista:

— Graecismi liber, cum expositione Johannis Vincentii Metulini Aquitanici. S. l. & a., fol., ff. nn. 196, sign. A — f_4, typ. goth.



Incun. *946*. Hain *6526*. — Olim ex libris ingri Stan. Białkowski, cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in eclipsi, signo libri ligaturis.

***BIAŁKOWSKI Stanislaus** Petri de Białków seu de Białkowice, scholaris (ab a. 1488) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1500 pro gradu magisterii promotus), expost collegiatus Collegii majoris, canonicus ecclesiae collegiatae s. Floriani extra muros Cracovienses, bacc. s. theologiae et extraordinarius in facultate theologica lector, († peste 25. IX 1527), dedit pro libraria Collegii majoris artistarum librum:

— Lapidanus. Liber artis logicae. Basileae, s. a., fol. (1445).

— Idem fuit etiam possessor librorum:

— Argentinensis Th. Scripta super Sententiarum libros, I—II. (Argentinae, 1490), fol. (1727, expost x-ma dris Wielopolensis).

— Bethuniensis. Gruecismi liber. S. l. & a., fol. (946, liber cum exarato in tegumentis signo introligatoris, Aquila cum corona in eclipsi).

— Columna. Super Aristotelis Elenchorum libros. Venetiis, 1496, fol. (410, posterius x-ma Joh. Tarczynii, liber compactus a ligatore H. A. de signo Aquilae cum corona in scuto, cum exarata ejus Aquila in tegumentis, item cum exaratis ibidem bb. Virgine Maria cum Infantulo, s. Ursula

et rege s. Olao cum halabarda.

— Copulata totius Novae logicae. (Coloniae), s. a., fol. (586).

— Diogenes. Vitae philosophorum. Venetiis, 1493, fol. (1187).

— Lactantius. De divinis institutionibus. Venetiis. 1493, fol. 1188).

— Laurentianus L. Fl. De elocutione. Venetiis, 1500, fol. (olim una cum Columna sub nro 410 ligatus liber, posterius vero exsectus, hodie desideratur).

— Petrarca. De vita solitaria. (Argentinae, 1473), fol. min. (1333).

— — Secretum de contemptu mundi. (Argentinae, 1473), fol. min. (1332).

— Solitarius. De imagine mundi. (Norimbergae, 1471), fol. min. (1334).

— Tacitus. Germania. (Norimbergae, c. 1473), fol. min. (1335).

— Tinctor. Super Summulas P. Hispani. Reutlingen, 1486, fol. (2044, liber cum exaratis in tegumentis Malleolis cum cruce in scuto, signo introligatoris Malleoli).

— Versor. Super libros Novae logicae. (Coloniae), s. a., fol. (587).

— — Super Aristotelis Physicorum libros. Coloniae, 1489, fol. (2186).

— — Super De coelo et mundo. (Coloniae, 1489), fol. (2187).

— Idem moriens donavit etiam Collegio majori:

— Varia supellectilia (»Regestrum supell.«): »Cujus animam sinus Abrahae recipiat«!

Biblia per carmina expressa, v. Rosenhaim Petr.

Biblia aurea v. Rampigollus Ant.

Biblia moralis s. moralisationes Bibliae, v. Berchorius P. (713).

Biblia pauperum: v. Biblia xylogr.; Bonaventura s. (1738).

Biblia polonica a. 1561 typis impressa: v. Nicius Leopolita dr.; Poznanita Petr. dr.

Biblia sacra latina (Scriptura s.):

— Biblia latina. S. l. & a., (teste P. G. Reichharto o. s. B. Basileae, impr. Bernh. Richel, c. 1475?), fol., ff. nn. 448, sine sign., typ. goth., cum literis init. xylogr.

Incun. *752*. cf. Hain *3011*. — Cum literis init. depictis, olim x-ma cujusdam Nobilis Strzemieńczyk de armis Strzemię, expost vero »Liber monasterii Ciriciensis« (ordin. Cisterciensis in Szczyrzyce), cum exaratis in anteriore tegumento armis Strzemię in scuto et circulo.

— Biblia s. latina. Nurembergae, effigiata jussu Andreę Frisner Bunsidelensis, artium liberalium mgri, et Joh. Sensenschmit, artis impressoriae mgri, sociorum, 1475, fol. maj., ff. nn. 458, sine sign., typ. goth.

Incun. *1865*, Hain *3057*. — Liber cum literis init. depictis (lit. F. in fronte nitide depicta et deaurata), comparatus a. 1892.

— Biblia latina. S. l. & a., fol., ff. num. 459 et nn. 5, sine sign., typ. goth.

Incun. *753*, Hain *?* — »Ex libris Mathiae, Sporecij a. Dni 1618«, cum exaratis in tegumento: 1. »Biblia sacra«; 2. »Iacobus Prosoviensis« (Proszowita).

— Biblia latina. Nurenbergae, consummatum non absque alacri studio et impensis Ant. Koburger, 1482, fol., ff. num. 427 et nn. 33, sine sign., typ. goth.

Incun. *750*, Hain *3084*. — Exemplar cum literis init. depictis (lit. F. in fronte nitidissime depicta et deaurata), item cum exarato in tegumentis signo Johannis introligatoris de Aquila s. Johannis Evangelistae in quadrato, olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— — Item, Nurenbergae, consummatum non absque alacri studio et impensis Ant. Koburger, 1482, fol., ff. num. 2—427 (f. 1 desideratur) et nn. 33, u. s.

Incun. *2373*, Hain *3084*. — Exemplar cum literis init. depictis, in cujus posteriore tegumento propria possessoris manu: 1. »Possessor libri huius Mathias Borkowytha (Borkowita), vicarius perpetuus eccl. collegiatae Scarbimiriensis a. Dni 1583«; 2. »Anno Dni 1592 die nero 4 Augusti Sigismundus III. Serenissimus rex Poloniae, equitando de Cracouia ad Varsauiam, erat in Skarbimierz feria 3 hora 14 in festo s. Dominici confessoris post dominicam XI Pentecosten« (4. VIII).

— Biblia latina. S. l., 1482, fol., ff. nn. 537. sign. a_2—10_4, typ. goth.

Incun. *755*, cf. Hain *3086*. — Liber cum literis init. depictis, in cujus fronte: 1. propria possessoris manu: »M. Thomae Cantii Plecki«, 2. alia manu: »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Biblia latina. S. l., 1486, fol., ff. nn. 541, sign. a_8—m_4, typ. goth.

Incun. *751*, Hain *3093*. — Liber cum literis init. depictis (lit. F. in fronte nitide depicta et deaurata), olim κτῆμα Sim. Starowolski, cum impresso in fronte signo ejus S. α—ω. in eclipsi, exposi vero κτῆμα »Bibliothecae Collegij juridici«!

— Biblia latina. Basileae, impr. impensis et singulari cura Nicol. Keslers, 1487, fol., ff. nn. 436. sign. a_2—e_5, typ. goth.

Incun. *758*, Hain *3100*. — Liber passim cum literis init. depictis et deauratis, a. 1577 introligatus, cum exaratis in tegumentis: 1. »Biblia sacra«, 2. »M. R. P. C. S. S. C. 1577«, et cum adscriptionibus diversarum manuum in fronte: 3. »Iezus Nazarenus, rex Iudeorum, 1540«; 4. »Hic liber legatus est in donum ..... (derasum) tribus a ..... Petro ..... (Philo)peo, art. liber.«; 5. »Adami Komoniowski et amicorum eius«; 6. »..... Zatorskij et amicorum eius« (s. XVII); 7. Pro bibliotheca Confraternitatis decanatus Zaturiensis« (Zatoriensis in Zator); 8. »Ex Catha-logo librorum Adalberti Antonij Sikorzynski, mansionarii Neowisniciensis, a. Dni 1713 die 26 (!) 18 (!) Sbris«; 9. »Mihi donatus hic liber Rdo (!) Stochowicz a. 1717mo«; 10. »Anno Dni 1727 Conegonda Woyciechowa Skalska chce do bractwa Nayswietsze Troyce Przenayswietsze« (!); 11. »Ista Biblia est perlegenda (!) a Iosepho Swaryuski, studioso Almae Academiae Vuiversitatis scholae rhetoricorum, notario prouentuum Neovisniccasium«; 12. »Pro prebenda ss. Crucis et Annae Vadowiccnsis legatus 1749«; 13. »pro altari d. Annae et s. Crucis donatum 1749 die 19 Maij«.

— — Item, Basileae, impensis et singulari cura Nic. Keslers, 1487. fol., u. s.

Incun. *2411*, Hain *3100*. — Item liber cum literis init. depictis (lit. F. in fronte depicta et deaurata), in cujus tegumento anteriore exaratus Jesus Christus, in fronte autem (f. vacuo ante textum) manu s. XVII: »Liber .....« (locus deletus).

— Biblia integra, summata, distincta, supercmendata, utriusque testamenti concordantiis illustrata. Basileae, summa lucubratione impr. per Joh. Froben de Hammelburck, 1491, 16mo, ff. nn. 4 et 489, sign. aij—Eij, typ. goth.

Incun. *2297*, cf. Hain *3107*. — Liber cum literis init. depictis, comparatus a. 1895, cum adscriptionibus: 1. in anteriore tegumento: »Kupilem w Rzymie na ankeyi 1830«; 2. ad calcem manus s. XV/XVI: »Corporibus huiusce Biblie per Georgium Mor alias Walch Alemanorum oriundque Baiocicarum oppidique Aichach a matre Landsperg, patre Augenstensis diocesis, finitis, infinitam laudem Deo omnium Altissimo ac Immortali semper dicito. Laus et gloria omnibus habitantibus in astris, tides, spes, charitas atque humilitas in terris semper morantibus«.

— Biblia integra, summata, distincta, accuratius recmendata, utriusque testamenti concordantiis illustrata. (Basileae), impr. per Joh. Froben de Hamelburgk, civem Basiliensem, 1495, 16mo, ff. nn. 512. sign. AA_4—E_4, typ. goth.

Incun. *119*, Hain *3118*. — Biblia cum glossa palaeopolonica in fronte: »Armeline pelles, granostaye«, et cum adscriptione ad calcem: »Hec Biblia est Ioannis Zarnovite, lectaque per eun-

dem manuque est ipsius in marginibus consignita, cum lectore complementum factum est, Cracouie in ecclesia Nor. (berti?) xviij Maij siue feria tercia Rogacionum a. mdxij«. Ceteroquin in dorso compacturae incunte s. XIX exaratum: »Biblia integra, Basileae, 1495, S. K.«.

— — Item, (Basileae), impr. per Joh. Froben de Hamelburgk, 1495. 16mo, ff. nn. 512, sign. a_2—E_4 (initium desideratur), typ. goth.

Incun. *1993*. Hain *3118*. — In fronte diversis manibus: 1. »Iste liber comparatus est per me Petrum Sauicinm (Sawicki) triginta sex grossis a. Dni 1571«; 2. »Nicolai Golumowskij 1559«; 3. »Sum dni Petri Ralevij, comparatus fl. vno et 60 grossis« (!).

— Biblia latina, cum postillis Nicolai Lyrani (Hain 3166—3170): v. Lyranus Nic.

— Biblia latina, cum glossulis tam marginalibus quam interlinearibus ordinariis, una cum Nicolai Lyrani postillis, pars II (Josue—Hester). S. l. & a., (Basileae, impr. per Joh. Petri de Langendorff et Joh. Froben de Hamelburg, 1498), fol., ff. num. 315, sign. aij—Vv, typ. goth.

Incun. *2153*, Hain *3172 II*. — Ex legato

dris Swodziszowicii pro libraria theologorum, cum exaratis in tegumentis signis introligatorum, Aquila cum corona in scuto et Aquila cum corona in circulo.

— — Item, pars II (Josue—Hester). S. l. & a., (Basileae, impr. per Joh. Petri de Langendorff et Joh. Froben de Hamelsburg, 1498), fol., u. s.

Incun. *2151*, Hain *3172 II*. — In fronte li-

bri, in cujus tegumentis item exarata signa introligatorum, Aquila cum corona in scuto et Aquila cum corona in circulo: »Anno Dni 1585 j Maii mgr. Nicolaus Czervinscius (Panetius de Czerwieńsko), s. Floriani canonicus, emit a dna vidua Marcussowa, dni Stanislai Marcus (ligatoris?) relicta, thalero i«.

— Biblia latina, cum glossulis tam marginalibus quam interlinearibus ordinariis, una cum Nicolai Lyrani postillis, pars III (Job—Ecclesiasticus). S. l. & a., (Basileae, impr. per Joh. Petri de Langendorff et Joh. Froben de Hamelburg, 1498), fol., ff. num. 440, sign. aij—rriiij, typ. goth., cum literis init. xylogr.

Incun. *2152*, Hain *3172 III*. — Ex legato Alberti Swodziszowicii, cum exarato in tegumentis signo introligatoris, Aquila cum corona in circulo.

— Biblia latina, cum glossa ordinaria Walafridi Strabonis et interlineari Anselmi Laudunensis, pars I (Genesis—Ruth). S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj., ff. nn. 254 (primum f. desideratur), sign. a_2—b_{3}, typ. goth.

Incun. *999*. Hain *3173 I*. — Biblia cum literis init. depictis (lit. F. in fronte nitidissime depicta et deaurata), et cum adscriptione in anteriore tegumento: »Liber dris Mathie de Costhin (! Kostensis), plebani s. Anne«.

— — Item, pars I (Genesis—Ruth). S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj., u. s.

Incun. *1731*. Hain *3173 I*. — Item liber cum literis init. depictis (lit. F. in fronte nitidissime depicta et deaurata), ornatus etiam aliis picturis (f. a_2 Creatio Evae), ex legato dris Petri Swiętopełk de Zembrzyce, cum depictis in fronte (f. a.) armis Sierp, signo Nobilis libri introligatoris et illuminatoris I(acobi) I(ężowski).

— — Item, pars I (Genesis—Ruth). S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj., u. s.

Incun. *2076*. Hain *3173 I*. — Item Biblia cum literis init. depictis, perpulchre vestita, initium tamen Geneseos (f. a. et f. 1 textus) barbarum in modum exsectum, propter nitidissime, ut videtur, depictam et deauratam literam init. F.

— Biblia latina, cum glossa ordinaria Walafridi Strabonis et interlineari Anselini Laudunensis, pars II. S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj., ff. nn. 326, sign. a_3—e_4, typ. goth.

Incun. *754*, Hain *3173 II.* — Item liber cum literis init. depictis (lit. V. in fronte nitidissime depicta et deaurata), olim κτῆμα Collegii majoris.

— — Item, pars II. S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj., (f. 1 desideratur), u. s.

Incun. *2072*, Hain *3173 II.* — Item cum literis init. depictis, olim »Liber dris Mathie (Kostensis) de Custhin (?), plebani s. Anne«, cum exsecto tamen f. 1 textus, propter nitidissime, ut videtur, depictam et deauratam literam init. P.

— — Item, pars II (Job—Psalmi). S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj., ff. nn. 140, sign. b—e_4, typ. goth.

Incun. *2150*, cf. Hain *3173 II.* — Item liber cum literis init. depictis, et item olim κτῆμα Collegii majoris.

— Biblia latina, cum glossa ordinaria Walafridi Strabonis et interlineari Anselmi Laudunensis, pars III. S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj., ff. nn. 340, sign. b_3—a_4, typ. goth.



Incun. *1000*, Hain *3173 III.* — Item liber cum literis init. depictis, ex legato dris Świętopełk de Nieznanowice, cum exarato in tegumentis signo introligatoris Ślepowron in rhombo.

— — Item, pars III. S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj.. u. s.

Incun. *2073*, Hain *3173 III.* — Item cum literis init. depictis, item olim »Liber dris Mathie (Kostensis) de Costen«, et item cum f. 1 exsecto.

— — Item, pars III. S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj.. u. s.

Incun. *2205*, Hain *3173 III.* — Exemplar s. XIX iterum vestitum, olim κτῆμα Collegii majoris.

— Biblia latina, cum glossa ordinaria Walafridi Strabonis et interlineari Anselmi Laudunensis, pars IV. S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj., ff. nn. 289 (2 priora ff. desunt), sign. f_3—a_5, typ. goth.

Incun. *1501*, Hain *3173 IV.* — Liber cum literis init. depictis, ex legato dris Petri Świętopełk, cum exarato in tegumentis signo Ślepowron, u. s. sub nro 1000.

— — Item, pars IV. S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj., (ff. 2 priora desiderantur), u. s.

Incun. *2074*, Hain *3173 IV.* — Item cum literis init. depictis, olim »Liber dris Mathie (Kostensis) de Custhin (?), plebani s. Anne«, et item cum 2 ff. prioribus exsectis.

— — Item, pars IV. S. l. & a., (Basileae, c. 1480), fol. maj.. (adsunt etiam 2 priora ff.), u. s.

Incun. *2151*, Hain *3173 IV.* — Item liber cum literis init. depictis, olim κτῆμα Collegii majoris.

— Biblia, cum glossis ordinariis et interlinearibus, excerptis ex omnibus ferme ecclesiae s. doctoribus, simulque cum expositione Nicolai de Lyra et cum concordantiis in margine, pars I (Genesis—Hester). S. l. & a., (Venetiis, impr. per Paganinum de Paganinis, 1495), fol. maj., ff. nn. 14, num. 1—470, sign. aij—kkkiiij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte.

Theol. *6729*, Hain *3174 I.* — Liber passim cum literis init. depictis, ex legato ingri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo. »Oretur pro eo«! Johannis Sommerfeldt sum

— Biblia, cum glossis ordinariis et interlinearibus, excerptis ex omnibus ferme ecclesiae s. doctoribus, simulque cum expositione Nicolai de Lyra et cum concordantiis in margine, pars III (Esaias—Johannes). S. l. & a., (Venetiis, impr. per Paganinum de Paganinis, 1495), fol. maj., ff. num. 667—1188, sign. z—18iij. typ. goth.

Theol. *6765*, cf. Hain *3174 III* & *IV (?).* — Item liber passim cum literis init. depictis, et item ex legato ingri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo, u. s. sub nro 6729.

— Biblia latina, cum postilla Hugonis cardinalis (Hain 3175): v. Carensis Hug. de Sancto Charo.

— v. Aureolus; Berchorius; Bonaventura s.; Burgensis P.; Caraciollus (1470); Halberstadtensis de Alemania; Hassiacus; Herolt (915); Interpretationes; Lyranus; Marchesinus; Missale Crac. (4769 a. Theol. pol.); Montanus L. (596); Nivicellensis; Tabula.

Biblia teutsch:

— Biblia germania. S. l. & a., fol. maj.. ff. nn. 1 (fragmentum), sine sign., typ. goth. (Günth. Zainer).

Incun. *2599*, Hain *3134*. — Fragmentum (Genesis VII22—IX2, charta ab una parte impressa), olim tegumento cujusdam antiqui libri adglutinatum, expost vero deglutinatum.

Biblia vulgar historiata:

— Biblia vulgar historiata (italica). Venetia, stampata per maestro Guiglielmo da Trino de Monferato nominato Anima mia, 1493 a di. xxiii de Aprile, fol., ff. nn. 8, num. 210 et 210, (ultima ff. desiderantur), sign. aii—CCCiii, typ. rom., cum iconibus xylogr. et literis init. florent.

Theol. *6780*, Hain *?* — Biblia a. 1597 ligata, cum adscriptione in fronte: »Ex libris Ioannis Carpentrierij«.

Biblia xylographica:

— Biblia pauperum seu historia Jesu Christi in figuris. S. l. & a., impr. c. 1460—1475 arte xylographica, fol. min.

Incun. *?*, Hain *?* — Ita intitulatus liber inveniebatur quondam in bibliotheca Collegii majoris Universitatis Cracoviensis, sed jam ante a. 1812, ut refert dr. Bandtke in »Historya drukarń krakowskich« (pag. 29), desiderabatur.

Biecensis Jacobus artium mgr. Cracoviensis, v. Piotrowicki Jac.

Bieda Stanislaus a Łowicz, artium mgr. (ab a. 1535) et s. theologiae (ab a. 1553) dr. Cracoviensis: v. Orlik Luc. alias Aquilinus.

BIEL Gabriel Spirensis ex Spira, artium mgr. et s. theologiae licentiatus profundissimus, in Tubingensi gymnasio theologus doctissimus:

— Lectura super Canone missae, in Alma Universitate Tubingensi lecta. (Reutlingae), impr. impensis et singulari cura mgri Joh. Otmar, civis Rutlingensis, 1488, fol., ff. nn. 349, sign. 2—z_6, typ. goth.

Incun. *1191*, Hain *3178*. — Liber cum literis init. depictis, olim κτῆμα Collegii majoris.

— Expositio s. Canonis missae, in Alma Universitate Tuwingensi ordinarie lecta. (Tubingae), expensis Frid. Meynberger, 1499, fol., ff. nn. 336, sign. a_2—9_4, typ. goth.

Incun. *1735*, Hain *3179*. — Una compactum opus cum 2 aliis libellis (1735—1737), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.



— — Item, (Tubingae), exp. Fr. Meynberger, 1499, fol., u. s.

Theol. *6830*, Hain *3179*. — Liber a. 1537 ligatus, in cujus anteriore tegumento quaedam de Slesia et habitantibus ibidem Polonis et Alemanis, cum inscriptione: »De Alemanis, inimicis nostris«.

— — Item, (Tubingae), exp. Fr. Meynberger, 1499, fol., u. s.

Incun. *2351*, Hain *3179*. — Olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«, ex legato »Perillustris .....« (locus desectus).

— Epithoma expositionis Canonis missae. Spirae, impr. per Conr. Hyest, s. a. (1499), 4to, ff. nn. 63, sign. aij—Liiij, typ. goth.

Incun. *27*, Hain *3182*. — In fronte libelli propria possessoris manu: »Sum mgri Iacobi (Siraditae) de Siradia, maioris Collegij Studij Cracouiensis college«.

— Sermones de festivitatibus Christi, de festivitatibus b. Mariae V. et de sanctis. S. l., (14)99, 4to, ff. nn. 461, sign. 2—qq_{10}, typ. goth.

Theol. *5459*, cf. Hain *3184*. — Cum adscriptionibus in fronte: 1. propriae possessoris manus »Mgri Martini (Biem) de Ilkusch«; 2. alius manus antiquae: »Collegij maioris liber est«.



— Sermones de tempore. (Tubingae), expensis Frid. Meynberger ductuque mgri Joh. Otmar in Tubingen, 1500, 4to, ff. nn. 296, sign. AA—SSS_4, typ. goth.

Theol. *5458*, Hain *3185*. — Item olim κτῆμα »Mgri Martini (Biem) de Ilkusch«, cum ejus autographo in fronte, u. s. sub nro 5459.

— Super I—IV Sententiarum libros. S. l. & a., (Tubingae, expensis Frid. Meynberger, 1499), fol., ff. nn. 15, sign. A_2—B (Inventiarum generale), nn. 128, sign. Aij—X_5 (pars I), nn. 129, sign. aij—x_1 (pars II), nn. 138, sign. AA_2—6 (pars III), nn. 223, sign. a_2—3_4 (pars IV), typ. goth.

Incun. *1048*, cf. Hain *3187*. — In fronte voluminis, a ligatoribus Grzymala et Waż compacti, antiqua manu: »Iste liber legatus est pro libraria theologorum Collegij maioris artistarum per Venerabilem virum mgrum Iacobum (Gostyninum) de Gosthynyn,

s. theologie professorem, concessus ad vsum dri Byel (Stanislao) ad vitam. Oretur pro eo«!

— — Item. Super III & IV Sententiarum libros. S. l. & a., (Tubingae, exp. Frid. Meynberger, 1499), fol., ff. nn. 138 et nn. 223, u. s.

Incun. *2374*, cf. Hain *3187*. — Liber s. XIX iterum vestitus, olim κτ̄μα Collegii majoris.

— — Item, Super III & IV Sententiarum. S. l. & a., (Tubingae, exp. Frid. Meynberger, 1499), fol., u. s.

Incun. *2412*, cf. Hain *3187*. — Exemplar cum literis init. depictis (lit. D. in fronte partis III et lit. P. in fronte partis IV nitidissime depictae et deauratae), olim κτ̄μα Collegii majoris.

***BIEL Stanislaus** Nicolai de Nova civitate ad Przemisliam, alias Neopolitanus Ruthenus de Nowe miasto, vocatus etiam Albinus, scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1485 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii majoris, et visitatis Studiis generalibus Coloniae, Lipsiae, Frankfordiae et aliis, dr. et professor s. theologiae, canonicus cathedralis Cracoviensis et a. 1509—1533 undecies rector Universitatis et ejus vicecancellarius, extremis vitae annis Abraham Studii generalis Cracoviensis nuncupatus, († 27. VIII 1541), dedit pro libraria domus bursae Jerusalem librum:

— Gregorius I. Moralia. Basileae, 1496, fol. (2071).

— Idem legavit etiam pro libraria theologorum Collegii majoris librum:

— Augustinus s. De civitate Dei. Basileae, 1489, fol. (2303).

— Idem fuit etiam possessor librorum:

— Andreae Joh. Lectura super arb. consang. Norimbergae, (1474), fol. (1992, liber in uno volumine ligatus cum Auerbacho et Sixto IV sequentibus, 1990—1992, u. i.).

— Aquinas s. Scripta super Sententiarum libros. Basileae, 1492, fol. (1946).

— Auerbach de Aurbach Joh. Summa de sacramentis. (Argentorati), s. a., fol. (1991).



— Bernardus Clar. s. Sermones de tempore et de sanctis. Moguntiae, 1475, fol. maj. (1732, liber cum exarato in tegumentis Lis in scuto, signo introligatoris, mgri Valent. Pilznensis).

— Gazius. Corona medicinae. Venetiis, 1491, fol. (1778, prius κτ̄μα dris Krypae, vendidit 4. XI a. 1519 dri Wielicio, ex post κτ. dris Pograbii Pilznensis, qui in fronte libri signum suum Liliorum cum rosa et literis A. P. in scuto et circulo depingi curavit).



— Sixtus IV. Tractatus de sanguine Christi. Norimbergae, 1474, fol. (1990, liber in uno volumine compactus cum Auerbachi Summa et Lectura Andreae Joh., 1990—1992, cum exarato in tegumentis signo ligatoris, Aquila cum corona in scuto).

— Thienensis. Super Aristotelis De anima. Venetiis, 1481, fol. (1584, postea κτ̄μα Joh. Jacobei Kurzelowitae).

— — Quaestiones de sensu agente. Venetiis, 1481, fol. (1585, item posterius κτ. Jacobei).

— Idem accepit etiam a dre Gostynino ad usum libros:

— Biel G. Super Sententiarum libros, I—IV. S. l. & a., (Tubingae, 1499), fol. (1048, liber cum exaratis in tegumentis signis introligatorum Grzymała et Wąż).

— Bonaventura s. Opuscula, I. Argentinae, 1475, fol. min. (773).

— — Opuscula, II. Argentinae, 1475, fol. min. (772).

— Idem opera sua et impensis una introligari curavit libros in sexternis ex legato dris Swiętopełk:

— Aquinas s. De arte et vero modo praedicandi. S. l. & a., 4to. (336).

— Carmen de s. Johanne Baptista. S. l. & a., 4to. (333).

— Expositio misteriorum missae. Lipsiae, 1494, 4to. (331).

— Ferrerius. De interiori homine tractatus. Magdeborch, 1493, 4to. (335).

— Lucianus. Dialogus, quomodo solus nudus per Acheronta transvehi potest. (Lipsiae), s. a., 4to. (337).

— Quatuor novissima. Daventriae, 1494, 4to. (334).

— Rosenhaim. Roseum memoriale. Norimbergae, 1493, 4to. (330).

— Seneca. Proverbia. S. l. & a. (338).

— Vallis. De passione Domini. Lipsiae, 1494, 4to. (332).

— Idem impensis suis introligari etiam dedit libros ex legato dris Petri Świętopełk:

— Columna. Super IIdo Sententiarum. Venetiis, 1482, fol. (2298).

— Florentinus A. s. Tractatus de excommunicationibus. Venetiis, 1486, 4to. (136).

— Idem impensis suis una introligavit etiam legatos in sexternis a dre Swiętopełko libros:

— Quintilianus. Institutiones oratoriae. Venetiis, 1493, fol. (1541).

— Seneca. Opera philosophica, Venetiis, 1490, fol. (1540).

— Idem etiam tres alios libros, a dre Świętopełk de Nieznanowice in sexternis legatos, impensis suis in unum volumen introligari curavit:

— Saxoferratensis. Tractatus procuratoris sub nomine diaboli. S. l. & a., 4to. (2213).

— Senensis B. Sermones de festivitatibus Virginis Gloriosae. Norimbergae, 1493, 4to. (2212).

— Vercellensis. Sermones quadragesimales. Venetiis, 1492, 4to. (2211).

— v. Aretinus Leonard. (20); Aquinas s. (18); Bergomensis Petr. (1958); Hieronymus s. (1007); Magister J. (263 »Solitus fuerat dicere...«); Magninus (1827); Saxoferratensis (1828).

— Idem dr. Biel moriens (»non morbo aliquo, sed tempore resolutus senii, manu capiti supposita obdormivit«), donavit etiam communitati Collegii majoris Universitatis Cracoviensis:

— Duos ciphos aureos alias czasse (czasze), item duos picarios, suis signis notatos, ac iterum sex cocleraria magna, item 200 fl. et iterum 600 fl. »Regestrum supell.«):

»Cujus animam Misericors Dominus coelestibus sedibus foveat«!

***BIELECKI Caspar** Olszensis, Nobilis de armis Święczye, scholaris et artium bacc. Cracoviensis, (pro quartali Cinerum 1583 baccalaureus renunciatus), expost actorum consistorii Cracoviensis notarius, comparavit 4. V 1585 librum:

— Gregorius IX. Decretalium compilatio. Basileae, 1500, 4to. (5925 Jus, olim ☧ Joh. Lelowiensis).

— Idem fuit etiam possessor libri:

— Cicero. Epistolae ad Brutum. Venetiis, 1499, fol. (892, olim ☧ cujusdam S. M. K., cum delineatis in posteriore tegumento manu Casparis Bielecki armis Święczye).

***BIEM Martinus** Martini Ilkussius de Olkusz, scholaris (ab a. 1486) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1491 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii majoris, corrector Kalendarii romani, s. theologiae dr. et professor et plebanus ecclesiae s. Nicolai extra muros Cracovienses, a. 1522—1535/36 novies rector Universitatis Cracoviensis et ejus vicecancellarius, († 8. XI 1540), legavit pro libraria Collegii majoris artistarum libros:

— Albertus M. De quatuor coaevis. Venetiis, 1498, fol. (424, emit a. 1504 a mgro Leonardo Vitreatore).

— Aquinas s. Summae theologicae pars II 2. Venetiis, 1480, fol. (1913).

— Regiomontanus. Tabulae directionum. Augustae Vindel., 1490, 4to. (2193 Math.).

— Trombetta. De animarum humanarum pluralificatione. Venetiis, 1498, fol. (425, comparavit a. 1504 a mgro Leonardo Vitreatore, prius tamen ☧ Mich. Neopolitani).

— Turrecremata. Contra impugnatores potestatis Summi pontificis. Lugduni, 1496, fol. (2027. donavit a. 1539).

— Idem fuit etiam possessor librorum:

— Albeldensis. Illustr. virorum opuscula. Parhisiis. 1500, fol. (652,



liber cum ejus autographo in fronte »Dris Martini de Ilkusch«).

— Andreae A. Scriptum super Metaphysicam. Venetiis, 1482, fol. (511, liber cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in rhombo, signo ligatoris, una compactus cum Majronio et Sansone sequentibus).

— Aquinas s. De potentia Dei. Argentinae. 1500, fol. (1885).

— — Super Aristotelis De anima. Papiae,



1488, fol. (2029, liber una compactus cum Co-

lumna sequenti, cum ejus autographo »Liber mgri Martini de Ilkusch«).

— — Super Sententiarum libros. (Basileae), 1492, fol. (1946).

— — Summa de veritate. Coloniae, 1499, fol. (2301. liber cum ejus autographo »Liber mgri Martini de Ilkusch etc.«).



— Balthasar. Contra Bohemorum errores. Lipsiae, 1494, 4to. (251).

— Biel G. Sermones de festivitatibus. S. l., (1499, 4to. (5459 Theol.).

— — Sermones de tempore (Tubingae), 1500, 4to. (5458 Theol.).

— Bricot. Cursus super philosophiam. (Basileae), s. a., fol. (2149, comparavit a. 1494 grossis 25).

— Carchanus. Sermonarium triplicatum. Basileae. 1479, fol. (1465, olim xz. Clem. Sculteti).

— Columna. Expositio Aristotelis De anima. Papiae, 1491, fol. (2028).

— Compendium juris canonici. Argentinae, 1499, fol. (900, liber cum ejus autographo »Sum mgri Martini de Ilkusch«).



— Defensorium ecclesiae. (Daventriae), s. a., fol. (1193).

— Dorbellus. Super logicam. Venetiis, 1489/93, fol. (1294).

— Faber de Werdea. Exercitia Parvorum logicalium. (Rentlingae), 1487, fol. min. (2062).

— Flandrensis. Quaestiones in Aristotelis Metaphisicae libros. Venetiis, 1499, fol. (926).

— Foresta. Supplementum chronicarum. Venetiis, 1490, fol. (1108).

— Harderwicensis. Copulata super Tractatus P. Hispani. (Coloniae), 1488, fol. (1377).

— Herveus. Quatuor quodlibeta. Venetiis, 1486, fol. (1790, liber cum ejus autographo »Liber mgri Martini de Ilkusch«).



— Hieronymus s. Epistolarum pars I & II. Basileae, 1489, fol. (2470).

— Holkot. Super Sententiarum libros. Lugduni, 1497, fol. (653).

— Justinianus imper. Institutiones. Venetiis, 1490, fol. maj. (1159).

— — Novellae. Venetiis, 1492, fol. maj. (1160, una ligatae cum libro praecedenti).

— Kraemer. Tractatus varii. Norimbergae, 1495, 4to. (250).

— Lombardus. Textus Sententiarum, cum conclusionibus mgri Gorichem. Basileae, 1498, fol. (2308, liber cum ejus autographo »Mgri Martini Ilkuschiensis sum«).



— Majronius. Scriptum Imi Sententiarum. Basileae, 1489, fol. (512).

— Montanus G. Manipulus curatorum. Argentinae, 1499, 4to. (5581 Theol., liber cum ejus autographo in fronte »Mgri Martini de Ilkusch«).



— Parisiensis. De sacramentis. (Norimbergae), s. a., 4to maj. (1093).

— — Opera, De fide &c. (Norimbergae, 1496),

fol. (1091, liber cum ejus autographo »Dris Martini de Ilkusch«).

— — De universo. (Norimbergae), s. a., fol. (1092).

— — Sermones dominicales et de sanctis. Tubingae, 1498/99, fol. (1677).

— Płoński. Tractatus sacerdotalis de sacramentis. Argentinae, 1490, 4to. (5125 Theol. pol.).

— Privilegia sacerdotum. S. l. & a., 4to. (255).

— — et indulgentiae fr. Minorum. Lipsiae, 1495, 4to. (253).

— Sanson. Quaestionum in Physicis contingentium terminationes. Venetiis, 1496, fol. (513).

— Schedel dr. Liber Chronicarum. Norimbergae, 1493, fol. (1573, emit a. 1525, libro postea usus est dr. Broscius).

— Scriptores astronomici veteres. Venetiis, 1499, fol. (2313, liber olim in catena ferrea affixus, cum ejus autographo in fronte »Mgri Martini de Ilkusch«).



— Senensis B. Sermones de evangelio aeterno. Basileae, s. a., fol. (724, liber cum ejus autographo »Mgri Martini de Ilkusch«).



— Spinaeus. Fortalitium fidei. Norimbergae, 1485, fol. (1464, olim xz. Clem. Sculteti).

— Stella clericorum. S. l. & a., 4to. (4778 Theol. pol.).

— Stoeffelerinus-Pflaumen. Alm nach nova, 1499—1531, Ulmae, 1499, 4to. (1861 Math.).

— Tractatus de successionibus. Lipsiae, 1494, 4to. (252).

— Tritenhemius. De statu et ruina monastici ordinis. (Moguntiae, 1493?), 4to. (254).

— Turrecremata. Explanatio in Psalterium. Cracis, (1475), fol. (4913 b. Theol. pol.).

— Ungarus M. Sermones dominicales. Hagenaw, 1499, 4to. (5583 Theol.).

— Utinensis. Quadragesimale, quod Sertum fidei intitulatur. (Daventriae), s. a., fol. (1192, comparavit 12 gr. cum Defensorio ecclesiae).

— — Sermones aurei de sanctis. Lugduni, 1495, 4to. (271, quondam xz. Clem. Sculteti).

— — Sermones floridi de dominicis. Lugduni, 1496, 4to. (270, item olim xz. Clem. Sculteti).

— Idem usus est etiam libris:

— Albertus M. Aureus liber metaphysicae. Venetiis, 1494, fol. (2381).

— Aquinas s. Summae theol. pars I. (Nurnbergae, 1496), fol. (1893).

— Argentinensis Th. Super Sententiarum libros, I—II. (Argentinae, 1490), fol. (2323, liber passim cum ejus adscriptionibus).

— Ptolemaeus. Opus quadripartitum. Venetiis, 1493, fol. (1846, item liber cum ejus adnotationibus).

— v. Albumasar (12); Aristoteles (1661); Kazimirus & Joannes Albertus, reges (2275); Płoński Nic. (5125 Theol. pol.); Scotus J. D. (1531).

— Idem dr. Biem Ilkussius correxit etiam et composuit:

— Kalendarium romanum, cujus »exemplar unum est inter privilegia Universitatis repositum (hodie liber manuscriptus bibl. Jag. sub nro 1853), et alterum romano pontifici Leoni X missum usque modo delitescit« (»Regestrum supell.«).

— Idem dr. Biem (»senio confectus et laboribus«) moriens, legavit etiam Collegio majori:

— Picarium egregium, intus et extra deauratum, in forma campanae a sede sua protensae, valoris 23 florenorum, item ciphum latum, intus et extra deauratum (»Regestrum supell.«):

»Oretur pro eo«!

Biga salutis s. sermones dominicales, v. Ungarus Mich.

Biragus Lapus interpres, v. Dionysius Halicarn.

BISGNETUS Bernardus de Bisgneto, cardinalis, s. palatii causarum auditor:

— Conclusiones de consiliis s. palatii apostolici causarum auditorum recollectae, v. Decisiones (941 sqq.).

Biskupice (de) Jacobus artium mgr. et medicus Cracoviensis, v. Pontificius Jac. dr.

Biskupice (de) Laurentius artium mgr. et medicus Cracoviensis, v. Pontificius Laur. dr.

Biskupie (de) Bernhardus artium mgr. et theologus Cracoviensis, v. Episcopius Bern. Cracovita dr.

BITONTANUS Antonius de Bitonto ordin. Minorum de observantia, divini verbi praeco excellentissimus:

— Sermones dominicales per totum annum, diligenter examinati per Philippum Rotingensem ordin. Minorum. Argentinae, diligentissime elaboratum per mgrum Joh. Grüninger, 1496, 8vo min., ff. nn. 7 et 232 num., sign. A_2—i_3, typ. goth.

Theol. *572*, Hain *3220*. — Olim xz7μx Collegii majoris.

Bituricensis archiepiscopus, v. Columna Aegidius de Roma ordin. Erem. s. Augustini.

Blanca virgo formosa, v. Ursinus dr. (861 Gramm. pol.).

Blanca Maria Romanorum regina, v. Majnus Jans. (71).

BLANCHELLUS Menghus Faventinus, artium mgr. et medicinae dr. praeclarissimus:

— In Pauli Veneti logicam commentum. Venetiis, impr. impensis Octaviani Scoti nec non arte Boneti Locatelli, 1492, 4to, ff. nn. 89, sign. a_2—lv, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *291*, cf. Hain *3230*. — In fronte et ad calcem ff. 13 Index manu scriptus, in cujus fine: »Per me Stanislaum Ilmanoniun huic libro est collectus Index, potissimum eorum, quae sunt insigniora in isto libro, a. 1606 Craconiae ad viij Cal. Nouembris«. Ibidem diversis characteribus: 1. »Stanislaus (Milwicki) Ilmanowicz 1606«; 2. »Venceslaus Ialbrzikowski«; 3. »Luc. Piotrowski«.

— Quaestiones de primo et ultimo instanti. Ferrariae, impr. per mgrum Laur. de Rubeis de Valentia et Andr. de Grassis de Castro novo, socios, 1492, fol., ff. nn. 32, sign. a—eiii, typ. goth.

Incun. *983* (979), Hain *3232*. — Una compactus libellus cum 4 aliis (979—983), ex legato

mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo et cum exarata in tegumentis Aquila sine corona in circulo, signo introligatoris.

BLANCHINUS Johannes astronomus:

— Tabulae astronomicae et canones in eas. Venetiis, impr. solertia et cura non mediocri Symonis Bivilaquae Papiensis, 1495, 4to, ff. nn. 334, sign. a_2—O_3, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *150*, Hain *3233*. — Anno 1539 introligatum opus, cum exarato in tegumentis signo Topor aut Oksza in scuto et cum exarata ibidem s. Anna Mettertia, subscripta »Hilf s. Anna Selber«, item cum adnotationibus marginalibus et interlinearibus, adscriptis manu dris Mathiae Lis de Kraina, cujus, ut videtur, olim x-ēμα erat.

— — Item, Venetiis, impr. cura Sym. Bivilaquae Papiensis, 1495, 4to, u. s.

Incun. *2006*, Hain *3233*. — In fronte libri antiqua manu: »Dni mgri Ade (Brzezinii) de Brzezyny«.

***BLASIADES Albertus** Leopolita, civis de signo proprio, scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1553 artium mgr. creatus), expost collegiatus Collegii majoris, († Lipsiae mense Julio a. 1563), accepit dono a. 1554 a praeposito s. Hedwigis ad Cracoviam, mgro Turski, librum:

— Aquinas s. In Metaphysicam Aristotelis. Papiae, 1480, fol. (1940).

— Idem mgr. Blasiades legavit Collegio majori:

— Coclear unum argenteum cum signo (»Regestrum supell.«): ℋ

»Requiescat in pace«!

Błazen alias histrio aut narr, v. Histrio.

Bledz Michael de Sobota, v. Spinaeus Alph. dr. (217).

BLONDUS Flavius Foroliviensis:

— Historiarum romanarum decades. Venetiis, impr. per Thom. Alexandrinum, 1484, fol., ff. nn. 249, sign. aii—FFv, typ. rom.

Incun. *759*, Hain *3249*. — Liber ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo. »Oretur pro eo«!

Blonie-Blony (de) Nicolaus artium mgr. et canonista Cracoviensis (Hain 3250 sqq.), v. Płoński Nic. dr.

Bninensis Paulus a Bnin, scholaris Cracoviensis: v. Simnius Paul.

Bninensis praebendarius in Bnin, v. Środanus Stan.

BOCCATIUS Johannes de Certaldo (Boccaccio Giovanni), poëta laureatus:

— Il Filocolo. (Milano), impr. per Philippo de Lauagnia soto sui Alamani impressore de ello, s. a., fol., ff. nn. 192, sign. dii—&v (tres priores plagulae sine sign.), typ. rom.

Incun. *1423*, Hain *?* — Olim x-ēμα Collegii majoris, in cujus fronte antiqua manu: »Ioan. Boccatius«.

— Il Filocolo. Milano, impr. per Philippo de Lavagnia, 1478 a giorni iiii di Februario, fol., ff. nn. 193.

Incun. *?*, Hain *3298*. — Temporibus dris Bandtke C. VI. 53. signatus liber hodie desideratur.

— Genealogia deorum. Regii, impr. a. 1481, fol., ff. nn. 356, sign. i—Diiii, typ. rom.

Incun. *761*, cf. Hain *3319*. — In fronte et ad calcem operis: 1. propria possessoris manu »Iohannis Sommerfelt sum« (deletum); 2. item propria possessoris manu »Iohannis Sommerfelt sum« (item deletum); 3. et item propria possessoris manu »Michaelis Wratislauite sum«; 4. alia manu »Legatus pro libraria maioris Collegij a. 1534«.

— Genealogia deorum. Vincentiae, impr. per Symonem (Bivilaquam) de Gabis Papiensem, 1487, fol., ff. nn. 8 et num. 200, sign. ii—Riiiii, typ. rom.

Incun. *762*, Hain *?* — Donavit a. 1543 mgr. Mich. Wiśliczka.

— Genealogiae, cum demonstrationibus in formis arborum designatis, ejus-

dem de montibus et silvis, de fontibus, lacubus et fluminibus, ac etiam de stagnis et paludibus, nec non de maribus seu diversis maris nominibus. Venetiis, impr. per Manfredum de Strevo de Monteferrato, 1497, fol., ff. num. 161 et 1 nn., sign. a_2—xv, typ. rom., cum figuris xylogr. et literis init. florent.

Neolat. *1156*, cf. Hain *3324*. — Liber s. XIX iterum vestitus, olim xx̄ꝗus Collegii majoris.

— Compendium de praeclaris mulieribus. S. l. & a., (Argentorati, impr. Georg. Husner, c. 1475), fol., ff. nn. 83, sine sign., typ. goth.

Incun. *1506* (1505), Hain *3327*. — Liber cum literis init. depictis, una introligatus cum Boccatii De casibus virorum illustr. (1505—1506), cum his in fronte voluminis manuum coaevarum adscriptionibus: 1. »Franciscus Petrarcha (?), poeta laureatus, liber Venerabilis dni Iohannis Dlugosch Senioris, canonici Cracouiensis, legatus per eum Collegio ab eo fundato, a. Dni 1479«; 2. »Titulus iste falsus est, quin liber est Bocacij De viris illustribus«. Ceteroquin propria manu Dlugossii foliatus (ff. 83) et passim cum ipsius adnotationibus habet liber etiam in fronte adscriptiones: 3. »Bursae pauperum«; 4. manus ngri Radyminski ibidem: »Franciscus Petrarcha praeceptor erat Joan. Bocacy, ita ipse hic ad comitissam Altae villae parte IIda (1506) fol. jmo, vide«.

— — Item. s. l. & a., (Argentorati, impr. Georg. Husner, c. 1475), fol., u. s.

Incun. *1650* (1649), Hain *3327*. — Anno 1542 in uno volumine cum 3 aliis opusculis compactus liber (1649—1652), cum his in fronte, f. tit. et ad calcem adscriptionibus: 1. »pro xij gr.«; 2. »Vrsula (Kurozwęcka) de Curozwankij, castellana Vislyczyensis et capitanea Oppoeznensis« (manu exeuntis s. XV); 3. »Quodlibeta Heruei mgri Iacobi Siradiensis (Siraditae de Sieradz), datus (sc. liber) in vsum mgrorum Studij Cracouiensis generalis«.

— De casibus virorum illustrium. S. l. & a., (Argentinae, impr. Georg. Husner, c. 1475), fol., ff. nn. 155, sine sign., typ. goth.

Incun. *1505*, Hain *3338*. — Liber cum literis init. depictis, una introligatus, u. s., cum Boccatii De mulieribus (1505—1506), propria Dlugossii manu paginatus (pp. 299 et 4 nn.) et passim cum ejus adnotationibus. Quod vero attinet memoratam superius in fronte voluminis coaevam adscriptionem »Franciscus Petrarcha...«, ipsam, ut putamus, hoc modo interpretandam esse, nostrum Dlugossium eodem a. 1479 legavisse Collegio a se fundato seu bursae Longini non solum volumen cum operibus Boccatii, sed etiam alterum cum opusculis Petrarchae, praestinatum autem bursae istius a. 1479 bibliothecarium per incuriam volumen primum inscripsisse »Fr. Petrarcha«, alterum vero »Iohannes Boccatius«.

Bochdanus palatinus Moldaviae, v. Schedel dr. (460).

Bochnienses zuppi, v. Missale Crac. (4942 Theol. pol.).

Bochniensis Martinus de Bochnia, servitor: v. Wojnowski Mart.

***BOCHNIENSIS Mathias** de Bochnia seu de Siepraw, alias etiam Sieprawicius dictus, scholaris et artium bacc. Cracoviensis, (ad Quatuor tempora Cinerum a. 1500 pro gradu baccalariatus promotus), postea (ab a. 1506) scholaris Universitatis Bononiensis, comparavit ante a. 1500 pro 18 grossis una ligatos libros:

— Avicenna. Metaphysica. Venetiis, 1493 (?, 1495?), fol. (1536).

— Scotus J. D. In Aristotelis Metaphysicam. Venetiis, 1497, fol. (1535).

— Trombetta. Opus doctrinae Scoticae. Venetiis, 1493, fol. (1537).

— — Formalitatum Scoticarum sententiae. Venetiis, 1493, fol. (1538, omnes expost xx̄ꝗus aliorum ac tandem a. 1598 bacc. Kwaśniewicz de Kurzelów).

Bochniensis Mathias II de Bochnia, »proprio vocabulo a vulgo Ćwikła dictus«: v. Ćwikła Math.

Bocksdorf Theodericus Naumburgensis episcopus, v. Sachsenspiegel.

BODIVIT Guilelmus ordin. Minorum, s. theologiae dr.:

— Sermo habitus in missa papali Romae 1485. S. l. & a., (Romae, 1485), 4to, ff. nn. 4, sine sign., typ. goth.

Incun. *28*, Hain *3350*. — Libellus temporibus dris Muczkowski iterum vestitus.

***BODOWITA Petrus** de Bodów, scholaris et artium bacc. Cracoviensis, (ad Quatuor tempora s. Crucis 1473 ad gradum baccalariatus in artibus promotus), expost bacc. in decretis (?), olim possessor libri:

— Gratianus. Decretum. Venetiis, 1498, 4to. (362).

Bodżentinus Albertus artium mgr. et theologus Cracoviensis, v. Dąbrowski Alb. dr.

Boemius Andreas artium mgr. Cracoviensis, v. Bohemius Andr.

BOËTHIUS Annius Manlius Torquatus Severinus consul romanus, orator splendidissimus:

— Opera. Venetiis, impr. per Joh. de Forlivio et Greg. de Gregoriis fratres, 1491/92, fol., ff. nn. 2, num. 220, nn. 4, num. 160—250, sign. A—Piij, typ. goth., cum figuris xylogr.

Incun. *1739*, Hain *3351*. — Ex legato mgri Sommerfeld-Aestiampiani, cum ejus autographo in fronte libri.

— — Item, Venetiis, impr. per Joh. de Forlivio et Greg. fratres, 1491/92, fol. n. s.



Incun. *2032*, Hain *3351*. — In fronte libri: »Ex dre Swiętopełk) Zamhrzyecz«; ibidem (f. A.) »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«; in tegumentis vero exaratum signum ligatoris, Aquila cum corona in scuto.

— De consolatione philosophiae, cum commento b. Thomae Aquinatis. (Argentinae), s. a., 4to, ff. nn. 190, sign. b—F_4, typ. goth.

Incun. *158*, Hain *3367*. — Una cum sequenti Boëthio ab introligatore Joh. Cracovita ligatus liber (158—159), cum exaratis in tegumentis signis Malleolorum cum literis I. C. in scuto item Aquilae cum corona et literis I. C. in scuto, et cum adscriptionibus diversarum manuum in fronte voluminis, ad ejus calcem et in ejus tegumentis: 1. »In nomine Dni nostri Iesv Cristi, iste est liber Dobeslai Vijnarskij (Winiarski) a Sandomiria a. Dni 1499«; 2. »szdrzen, medula, szdrzon, szdzą«(?); 3. »Michael Vrban«; 4. »Grzegorzowycz Maczyek«; 5. »drwalus-swak, scholaris-sak« (!); 6. »Stanislaus Sudolski amicus Charzowski«.

— De consolatione philosophiae, cum commento Thomae de Aquino. Nurnbergae, impr. per Ant. Koburgers, 1483, fol., ff. nn. 71, sign. aij—iv, typ. goth.

Incun. *742*, Hain *3376*. — In fronte diversis manibus: 1. »Liber mgri Nicolai Mykosz de Cracouia, emtus pro florenos; 2. »Liber Laurency Turek, arcium bacc., a. 1538 emptus«.

— De consolatione philosophiae, cum comm. Thomae de Aquino. Nurnbergae, impr. per Ant. Kobergers, 1486, fol., ff. nn. 71, sign. a—i_5, typ. goth.

Incun. *1247* (1246), Hain *3378*. — In uno volumine compactus libellus cum alio (1246—1247, tertius expost exsectus), cum adscriptione in fronte propriae possessoris manus: »Ego sum possessor huius libri Stanislaus Wadaczowiensis, artium bacc., a. Dni 1640«; alius autem manus: »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— De consolatione, nec non de scolarium disciplina, mellifluis operibus, cum s. Thomae super utroque commentariis in hoc eodem volumine. Venetiis, impr. per Joh. de Forlivio et Greg. fratres, 1491, fol.

Incun. *?*, Hain *?* — Temporibus dris Bandtke W. V. 5 b. signatus liber hodie desideratur.

— De consolatione philosophiae, cum comm. b. Thomae Aquinatis. Coloniae, diligenter elaboratum per Henr. Quentell, 1493, 4to, ff. nn. 182, sign. ij—Fiij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte mgri cum 2 discipulis.

Incun. *154*, Hain *3381*. — Una compactus cum alio libro (154—155, et temporibus dris Bandtke P. V. 54 a. & b. signatus), cum adscriptionibus variarum manuum: 1. »Sum Iohannis de Plesna, filii sartoris, emptus 10 gr. a. 1518« (Incun. 155); 2. »Sum Michaelis (Wisliczka s.) Visliciensis, emptus 12 gr. 1520«; 3. »Sum mgri Michaelis de Vislicza, s. theologie bacc., canonici s. Floriani, pro bibliotheca Collegii maioris 1543«; 4. »Idem mgr. suprascriptus in drem theologie promotus est postea a. Dni 1546«.

— De consolatione philosophiae liber, cum optimo commento b. Thomae. Coloniae, per Henr. Quentell diligenter elabor., 1493 pridie Kalendas Novembris, 4to, ff. nn. 192, sign. ij—Fiij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente magistrum cum 2 discipulis.

Incun. *?*, Hain *3384*. — Temporibus dris Bandtke III. 8. 13 b. signatus liber hodie desideratur.

— De consolatione philosophiae, cum commento Angelici dris Thomae de Aquino. Coloniae, impr. in domo Henr. Quentell, 1495 die viij mensis Junii, 4to.

Incun. *?*, cf. Hain *3386*. — Temporibus dris Bandtke W. I. 57 a. signatus liber hodie desideratur.

— De consolatione philosophiae, cum comm. dris Thomae de Aquino. Nurnbergae, fabrefactum industria Ant. Ko-

Incun. *356*, Hain *7467*. — Olim x-ȝμα Collegii majoris, una ligatum cum alio libro (alter hic vero in fronte expost exsectus).

Garbarz Martinus Cracovita, artium mgr. et theologus Cracoviensis, († 6. III 1553): v. Harderwicensis (128).

GARLANDIENSIS Johannes de Garlandia seu Gallandia, mgr. et grammaticus:

— Synonima. Reutlingen, impr. a. 1487, 4to, ff. nn. 90, sign. Aiij—n_4, typ. goth.

Incun. *259*, Hain *7472*. — Opusculum temporibus dris Bandtke iterum vestitum, quondam x-ȝμα Collegii majoris.

— Synonima. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1495, 4to, ff. nn. 69, sign. aij—miij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte magistri cum 4 discipulis, inscripta »Ioannes de Garlandia cum discipulis suis«.

Incun. *204* (208), Hain *7474*. — Una cum Garlandiensibus sequentibus et cum Sintheno ligatus libellus (203—206), cum adscriptione in fronte: »Sum Martini (Poznanitae) a Posnania«, et cum delineata ibidem (f. tit. v.) Strutionis penna cum stellulis et literis M. P., signo possessoris libri.



— Textus aequivocorum, cum commento. S. l., (Coloniae, impr. per Henr. Quentell), 1495 die xxviij mensis Aprilis, 4to, ff. nn. nn. 52, sign. Aij—Iiij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte magistri cum 4 discipulis, inscripta »Ioannes de Garlandia cum discipulis suis«.

Incun. *203*, Hain *?* — Olim x-ȝμα Martini Poznanitae, u. s.

— Verborum deponentialium tractatus, pueris in grammatica proficere volentibus utilissimus. S. l. & a., 4to, ff. nn. 19, sign. Aij—Ciiij, typ. goth.

Incun. *206* (203), Hain *?* — Item olim x-ȝμα Martini Poznanitae, u. s.

***GARNIER (de) Johannes** Adamus liber baro, equestris legionis colonellus, accepit dono (?) 18 7bris a. 1679 librum bibliothecae Canonicorum regularium s. Augustini Sagani:

— Polucianus. Constitutiones ordinis de Monte Carmelo. Venetiis, 1499, 8vo. (175).

GARSIAS Petrus episcopus Ussellensis:

— Determinationes magistrales contra conclusiones Johannis Pici Mirandulani. Romae, impr. per Eucharium Silber alias Franck Alemanum, 1489, fol., ff. nn. 118, sign. aij—riiij, typ. goth.

Incun. *1351* (1350), Hain *7492*. — Una cum Pico compactus liber (1350—1351), ex legato dris Czepel Poznanitae.

Gąska Gregorius (Gąska?), artium mgr. et canonista Cracoviensis: v. Szamotulianus Greg. dr.

***GĄSKA Jacobus** Pilznensis, alias etiam Anserinus nuncupatus, scholaris et artium bacc. Cracoviensis, (pro quartali Cinerum a. 1574 ad gradum baccalaureatus promotus), olim possessor libri:

— Plinius C. C. Epistolarum libri. (Venetiis, 1471, fol. min. (1362, quondam x-ȝμα Balthasaris Pilznensis, postea vero dris Bandtke).

Gasparinus orator clarissimus, v. Barzizius Gasp. (169).

***GASSER Mathias** Grentzensis accepit 24. I 1498 ab auctore, dre Bartholomaeo Steber Viennensi, ejus opusculum:

— Steber. A malafrancozos morbo Gallorum preservatio ac cura. Viennae, (1498), 4to. (399).

Gastisden (de) Johannes physicus, v. Gatisdenus Joh.

Gastolth Martinus Lithuanus, v. Andreae Joh. (2078).

GATISDENUS Johannes de Gatisden seu Gastisden, vulgo Johannes Anglicus nuncupatus, clarissimus medicus et physicus:

— Rosa anglica practica medicinae a capite ad pedes, emendata per mgrum et artium drem Nicolaum Scyllatium. Papiae, Joh. Ant. Birreta impressionis tradidit, 1492, fol., ff. nn. 4 et num. 173, sign. a—J_3, typ. goth.

Incun. *1290*, Hain *1108*. — In fronte (f. va-

cuo ante textum) diversis manibus: 1. »Liber Nicolai (Wielicii) de Vieliczka, arcium et medicinę dris«; 2. »Mgr. Martinus (Glicius) Pilsnensis, decanus s. Annae, suo sympolitae, Andreae Pograbio, dono dedit a. 1567«; 3. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

GAZA Theodorus alias etiam Gazes dictus, grammaticus:

— **Grammatica introductiva** (»In hoc volumine haec insunt: Theodori Introductivae grammatices libri IV, ejusdem De mensibus opusculum sane quam pulchtum(!), Apollonii grammatici De constructione libri IV, Herodianus De numeris«). Venetiis, in aedibus Aldi (Manutii) Romani cum consensu, ne cui hunc librum liceat imprimere, 1495, fol., ff. nn. 198, sign. aii—MMii, typ. rom. et graecis.

Incun. *1583*, Hain *7500*. — Ex legato dris Nicolai Czepel de Poznania.

— v. Aristoteles (615 sqq.).

Gazalupis (de) Johannes Baptista celeberrimus legum monarcha, v. Cazzalupus Joh. Bapt. (1754 sqq.).

Gazes Theodorus grammaticus, v. Gaza Theod.

GAZIUS Antonius artium et medicinae dr. et professor Patavinus:

— Corona florida medicinae sive de conservatione sanitatis. Venetiis, impr. per Joh. de Forlivio et Greg. fratres, 1491, fol., ff. nn. 123, sign. Aii—tiiii, typ. goth.

Incun. *1778*, Hain *7501*. — Liber cum literis init. depictis (lit. D. in fronte nitidissime depicta et deaurata), introligatus olim ad calcem una cum alio libro (posterius exsecto), cum adscriptionibus in fronte: 1. »Liber iste est mgri Nicolai (Wielicii) de Vieliczka, arcium et medicine dris, emptus a Venerabili ac Egregio viro, duo mgro Stanislao Biel de Nova ciuitate, s. theologie professore, decano ecclesie collegiate s. Floriani in Cleparz, die 4 mensis Nouembris in anno Christi currente 1519, fuit autem hic liber prius Excellentissimi olim arcium et medicine dris, dni mgri Alberti (Kryga) de Shamotuli, phisici regionalis Majestatis« (reginae Poloniae Elizabeth); 2. »Andreae Pograbii Pilsnensis et amicorum«, cum depicto ibidem Pograbii signo proprio Liliorum cum rosa et literis A. P. in scuto et circulo.



Gazzalupus Johannes Baptista legum monarcha, v. Cazzalupus Joh. Bapt.

Gdano (de)-Gdanum: v. Gedanensis; Gedanum.

Geber Ebreus (?, Judaeus): v. Magister Joh. (1381, Clapsedra).

GEBER medicus Arabs:

— Liber, qui flos naturarum vocatur (»INCIPIT LIBER GEBER.| Capitulum Primum.| .....«). S. l. & a., 4to min., ff. nn. 120, sine sign., typ. rom.

Medic. *5621*, Hain *?* — In chartula Catalogi temporibus dris Bandtke annotatum: »S. a., editio s. XV«. Ceteroquin liber in uno volumine compactus cum 2 aliis s. XVI et XVII typis impressis opusculis (5619—5621, tertium in medio volumine expost exsectum), fuit olim κτῆμα dris Broscii, qui in anteriore parte tegumenti propria adscripsit manu:

Fingit se medicum quisquis idiota, prophanus,
Iudaeus, monachus, histrio, rasor, anus.

Gębicius Clemens de Gambice, artium mgr. et theologus Cracoviensis: v. Zagajewski Clem.

Gedanensis Clemens Sculteti, praedicator Cracoviensis: v. Scultetus Clem.

***GEDANENSIS Emericus** seu Henricus de Gdano, consanguineus Clementis Sculteti, scholaris et artium bacc. Cracoviensis, (ad quartale s. Luciae 1503 ad gradum baccalariatus promotus), olim possessor (?) librorum:

— Altissiodorensis. Summa aurea in libros Sententiarum. Parisiis, 1500, fol. (2306).

— Carchanus. Quadragesimale. Venetiis, 1487, 4to. (294, liber cum autographo Leopolitae, u. i.).

— Hieronymus s. Epistolarum omnes partes. Norimbergae, 1495, fol. (1019).

— Ockamus. Opus XC dierum. Lugduni, 1495, fol. (1086, una ligatus liber cum 2 sequentibus).

Joannis de Leopoli

— — Compendium errorum Johannis XXII. (Lugduni, 1495), fol. (1087).

— — Dialogorum libri. (Lugduni, 1494), fol. (1085).

— Tarvisinus. Quadragesimale de floribus sapientiae. Venetiis, 1476, fol. (480, omnes olim κτῆμα Clementis Sculteti, omnes vendidit a. 1525 mgro Joh. Leopolitae).

Gedanum (Tanczg): a. 1414 in concilio Constantiensi, v. Reichenthalensis; a. 1534, v. Scriptores rei rust. (902).

Geiler Johannes de Kaisersberg, orator: v. Keisersperg Joh. dr.

GEILHOVEN Arnoldus de Hollandia de Rotterdam ordin. Eremitarum s. Augustini, alias Gheyloven scriptus:

— Gnotosolitos sive speculum conscientiae. Bruxellae, magna et exacta diligentia effigiatum et arte impressoria claboratum, 1476, fol. maj., ff. nn. 473, sine sign., typ. goth.

Incun. *642*, cf. Hain *7514*. — Liber cum literis init. depictis, ex legato dris Petri Świętopełk.

GELLIUS Aulus:

— Noctes atticae. Romae, impresserunt mgri Conr. Sueeynheym, Arnoldus Pannartzque, 1472, fol., ff. nn. 196, sine sign., typ. rom. et graecis.

Incun. *1349*, Hain *7518*. — Liber passim cum literis init. depictis, in cujus fronte et ad calcem diversis manibus: 1. »Iohannis E-sticampiani sum« (deletum); 2. »Iohannis Sommerfelt sum«; 3. »Liber legatus pro Collegio maiori Study Cracouiensis per mgrum Ioannem Sommerfelt (»per mgrum Joh. Sommerfelt« deletum), per drem Michaelem de Wratislauia (»per drem Mich. de Wratislauia« alia manu insuperscriptum), s. theologie bacc. Oretur pro eo«!; 4. »Michaelis Wratislawiensis sum«.

— Noctes atticae, cum commentariis. Venetiis, impr. a Philippo Pincio Mantuano, 1500, fol., ff. nn. 10 et num. 118, sign. Aii—Qiii, typ. rom.



Incun. *2239*, cf. Hain *7527*. — Liber olim una cum 3 aliis ligatus (hi vero in fronte postea exsecti), cum exaratis in tegumentis iconibus bb. V. Mariae cum Infantulo, s. Barbarae et s. Katharinae, item cum exarato ibidem signo introligatoris, Aquila cum corona in scuto.

— — Item, Venetiis, impr. a Philipp. Pincio Mantuano, 1500, fol., u. s.

Incun. *2452*, cf. Hain *7527*. — Olim »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

Gembicius Clemens artium mgr. et theologus Cracoviensis, v. Zagajewski Clem. de Gębice.

Geminianensis Antonius orator, v. Lollius Ant. (9572 Theol.).

GEMINIANUS Dominicus de Sancto Geminiano, ss. canonum dr. et professor Bononiensis, auditor causarum curiae romanae, alias etiam Sangeminianus nuncupatus, excellentissimus juris utriusque interpres:

— Lectura super Sextum Decretalium, pars I. S. l. & a., (secundum P. G. Reichhartum o. s. B. Spirae, impr. Petr. Drach, c. 1477), fol. maj., ff. nn. 289, sine sign., typ. goth.

Incun. *933*, cf. Hain *7530 I.* — Liber cum literis init. depictis, ex legato dris Czepel Poznanitae. »Cujus animam Dnus Deus habeat«!

— — Item, s. l. & a., (Spirae, impr. Petr. Drach, c. 1477), fol. maj., u. s.

Incun. *937*, cf. Hain *7530 I.* — Item liber cum literis init. depictis, ex legato dris Świętopełk de Zembrzyce.

— Lectura super Sextum Decretalium, pars II. Spirae, impr. arte et opera industriosa Petri Trach, s. a., (secundum P. G. Reichhartum o. s. B. c. 1477), fol. maj., ff. nn. 250, sine sign., typ. goth.

Incun. *934*, cf. Hain *7530 II.* — Item ex legato dris Świętopełk de Nieznanowice alias de Zembrzyce. »Oretur pro eo«!

GEMINIANUS Nellus de Sancto Geminiano, civis Florentinus, alias etiam Sangeminianus dictus, excellentissimus juris consultus:

— Tractatus de bannitis. Mediolani, impr. ad impensas Petri Ant. de Castelliono, 1493, fol. maj., ff. nn. 65, sign. aij—miiij, typ. goth.

Incun. *1490* (1471), Hain *7550*. — Una compactus cum 19 aliis libellis (1471—1490), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte voluminis.

GENNADIUS presbyter:

— De scriptoribus ecclesiasticis, v. Hieronymus s. (320).

Gentilis de Becchis episcopus, v. Becchius Gent. (6660 Hist.).

Gentilis Fulginas de Fulgineo, ce-

leberrimus s. medicinae dr. (Hain 7561 sqq.): v. Fulginas Gent.

Genua communis (Genuensis respublica): v. Fliscus Hect. (6616 Hist.); Januensis Jac.; Statuta (791).

Genuensis juris sectator, v. Castellioneus Joh. Bapt. (413).

Genuensis Laurentius philosophus et medicus, v. Majolus Laur.

***Georgiense monasterium** Montis s. Georgii a. 1659 possessor libri:

— Bernhardus Clar. Meditationes. (Augustae Vindel.), s. a., 4to maj. (107, librum comparavit Romae a. 1860 Ludov. Michalowski).

GEORGIENSIS Johannes Antonius de Sancto Georgio Mediolanensis, archiepiscopus Alexandrinus, referendarius papalis, juris utriusque dr. et professor Bononiensis:

— Commentaria super Decretum. Romae, impr. a. 1493, fol. maj., ff. nn. 259, sign. aiij—9_3, typ. goth.

Incun. *556*, Hain *7582*. — Ex legato dris Czepel Poznanitae.

Georgius Trapezuntius orator clarissimus (Hain 7605 sqq.), v. Trapezuntius Georg.

Gerardus sanctus, abbas ordin. s. Benedicti, exaratus in tegumento libri: v. Aquinas s. (1896).

Gerlice (de) Stanislaus scholaris Cracoviensis, v. Gierlicices Stan.

Germani-Germania: v. Bebenburgius; Diodorus Sic.; Eibus; Koźminius Bened.; Ochsenbrunner; Plinius C. C. (1362); Tacitus (1335).

— v. Alemania; Theutonia.

Germanicus Caesar interpres: v. Aratus; Scriptores astron. veteres.

Germanus Johannes astronomorum princeps famosissimus, Germanorum decus: v. Regiomontanus Joh.

Germanus Johannes Otto scholaris Cracoviensis, v. Otto Joh.

Gernsheim (de) Petrus typographus, v. Schoiffer Petr.

Gerolzhofen (de) Johannes mgr., v. Melber Joh. (716 Lexica).

GERSON Johannes cancellarius Parisiensis Studii dignissimus, ss. literarum dr. interpresque veracissimus, resolutissimus et christianissimus, vir vitae et scientiae probitate splendidissimus, alias etiam Jerson nuncupatus:

— Opera, pars I. Coloniae, accuratissime impr. per Joh. Koelhoeff de Lubeck, 1483, fol. min., ff. num. 382 (ff. 6 nn. in fronte desiderantur), sign. a_2—Cc_1, typ. goth.

Incun. *1063*, Hain *7621 I.* — Liber cum literis init. depictis (lit. E in fronte depicta et deaurata), ex legato dris Świętopełk.

— Opera, pars II. Coloniae, impr. per Joh. Koelhoff de Lubeck, 1483, fol. min., ff. num. 388, sign. A_2—ee_5, typ. goth.

Incun. *1779*, Hain *7621 II.* — Liber cum literis init. depictis (lit. D depicta et deaurata), item ex legato dris Petri Świętopełk.

— Prima pars operum Johannis Gerson. (Argentorati), 1488, fol.

Incun. *?*, Hain *7622 I.* — Temporibus dris Bandtke I. V. 49. signatus liber hodie desideratur.

— Secunda pars operum Johannis Gerson. (Argentorati), 1488, fol.

Incun. *?*, Hain *7622 II.* — Temporibus dris Bandtke I. V. 50. signatus liber hodie desideratur.

— Tertia pars operum. S. l., (Argentorati), 1488, fol., ff. nn. 359, sign. aa_2—af_5, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte (f. tit. v.).

Incun. *1064*, Hain *7622 III.* — Item ex legato dris Świętopełk de Zembrzyce alias de Nieznanowice. »Oretur pro eo«!

— Prima pars operum. S. l., (Basileae, impr. Nicol. Kesler), 1489, fol., ff. nn. 188, sign. a_2—q_5, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte (f. tit. v.).

Incun. *1066* (1065), Hain *7624 I.* — Una introligatus cum alio Gersone (1065—1066), cum adscriptione in fronte: »Iste liber datus est ad librariam theologorum maioris Collegij artistarum per Venerabilem virum mgrum Iacobum (Gostyninum) de Gosthynijn, s. theologie professorem. Oretur pro eo! Ad vsum dri Bernardo (Episcopio) de Cracouia ad vitam«.

— Inventarium eorum, quae in operibus Gersonis continentur. S. l. & a., (Basileae, impr. Nic. Kesler, 1489), fol., ff. nn. 30 (pro 45), sign. i_2—q_5 (finis desideratur), typ. goth.

Incun. *1065*, Hain *7624 IV.* — Una compactus libellus cum Gersone superiore (1065—1066), ex legato dris Gostynini, concessus ad usum ad vitam dri Episcopio, u. s.

— De examinatione doctrinarum. S. l. & a., (Norimbergae, impr. Joh. Sensenschmid), fol., ff. nn. 22, sine sign., typ. goth.

Incun. *1068* (1067), Hain *7627*. — Libellus cum literis init. depictis, una compactus cum 6 aliis (1067—1073), item ex legato dris Świętopełk de Nieznanowice, cum exarato in tegumentis signo ligatoris Lis in scuto.

— De consolatione theologicae. Coloniae, impr. per Joh. Koelhoff de Lubeck, 1488, fol., ff. nn. 23, sign. Aij—Cv, typ. goth.

Incun. *1665* (1663), Hain *?* — In uno volumine compactus libellus cum Gersone sequente et cum 2 aliis libris (1663—1666), ex legato archipresbyteri dris Valthek.

— Opusculum tripartitum de praeceptis Decalogi. S. l. & a., fol., ff. nn. 16, sine sign., typ. goth.

Incun. *1664* (1663), Hain *7652*. — Item ex legato dris Valthek, u. s.

— De arte audiendi confessiones. (Norimbergae), impr. per Frider. Creussner, civem Nurmbergensem, 1478, fol. min., ff. nn. 23, sine sign., typ. goth.

Incun. *1074*. Hain *7661*. — In uno volumine compactus libellus cum 3 aliis (1074—1077), ex legato dris Mikosz Cracovitae.

— Tractatus notabilis de passionibus animae. S. l. & a. (Coloniae, impr. Ulr. Zell), 4to, ff. nn. 30, sine sign., typ. goth.

Incun. *48*. Hain *7677*. — In fronte libelli (f. vacuo ante textum) adscriptio antiquae manus: »pro ij grossis«.

— De custodia linguae. (»Incipit notabilis questio de custodia lig|.....«. in fine: »Explicit questio notabilis d' Custodia lig| ue et corde beue (!).....«). S. l. & a., (Coloniae, impr. Ulr. Zell), 4to min., ff. nn. 6. sine sign., typ. goth.

Incun. *2295* (2293), Hain *?* — Libellus cum literis init. depictis, una compactus cum s. Ambrosio et Dictys Historia (2293—2295), ex legato mgri Brudzewii.

— De laudibus scriptorum ad Carthusienses et Coelestinos. S. l. & a., (Coloniae), 4to min., ff. nn. 12, sine sign., typ. goth.

Incun. *193* (192), Hain *7688*. — Una compactus libellus cum 3 aliis (192—195), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum autographo possessoris in fronte voluminis et ad ejus calcem. »Oretur pro eo«!



— De simonia. S. l. & a., (Norimbergae, impr. Joh. Sensenschmied), fol., ff. nn. 8, sine sign., typ. goth.

Incun. *1067*, Hain *7709*. — Item libellus cum literis init. depictis et item ex legato dris Świętopełk, una compactus cum 6 aliis opusculis (1067—1073), u. s.

— De simonia, fol.

Incun. *?*, Hain *?* — Olim κτῆμα Kazimirienses conventus ss. Corporis Christi Canonicorum regularium, quondam una ligatum cum Pithoano (2265), postea vero exsectum, hodie desideratur.

— Collectorium super Magnificat. S. l. & a., (Coloniae, impr. Nicol. Goetz de Sletzstadt), fol., ff. nn. 160, sine sign., typ. goth.

Incun. *1072* (1067), Hain *7716*. — Item liber cum literis init. depictis et item ex legato dris Petri Świętopełk, cum expresso in tegumentis voluminis signo ligatoris Lis in scuto, u. s. et i. sub nris 1068 & 1069.

— Donatus moralisatus sive per allegoriam traductus (»Incipit donatus Venerabilis Magistri| Iohānis Berson (!) Cancellarij Parisiensis|.....«). S. l. & a., fol. min., ff. nn. 7, sine sign., typ. goth.

Incun. *1069* (1067), Hain *?* — Item libellus cum literis init. depictis et item ex legato dris Świętopełk de Zembrzyce, cum exarato in tegumentis Lis in scuto, signo introligatoris, mgri Valent. Pilanensis.

— — Item, s. l. & a., fol., u. s.

Incun. *1806* (1803), Hain *?* — Una compactus libellus cum 4 aliis libris (1803—1806), olim κτῆμα dris Latowicii.

— De imitatione Christi et de contemptu omnium vanitatum mundi. Venetiis, impr. per Bernardinum Benalium, s. a., 4to, ff. nn. 50, sign. a—f_4, typ. goth.

In mss. *4914*, Hain *9089*. — In uno volumine cum 3 aliis libellis et libro manuscripto sub nro 4914 compactus tractatus, olim κτῆμα Cracoviensis loci ad s. Bernardinum, concessum ad usum per Lucam Rydzynium fr. Pietori, posteriore autem tempore κτ. Cekowiensis dnorum Celińskich bibliothecae.

— De imitatione Christi et de contemptu omnium vanitatum mundi. Mediolani, impr. impensis Leonardi Pachel de Alamania, 1488, 16mo, ff. nn. 75, sign. a—kij, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *2085*, Hain *9096*. — Liber una compactus cum alio libello (2085—2086), ex legato episcopi Krasiński, cum adscriptionibus in fronte et ad calceum variarum s. XVII et XVIII manuum: 1. »Ioannes Gerson Lucae Antonij ab Ecclesia (Ecclesiensis) Alest. et amicorum«; 2. »Iacobi Alest. et amicorum«; 3. »Lucae Antonii ab Ecclesia et amicorum, olim Rdi presbiteri Camilli Montani«.

— De meditatione cordis tractatulus, v. Kempis (2451 a. Theol.).

— De remediis tractatulus contra pusillanimitatem, scrupulositatem etc.: v. Albertus M. (1707 sq.).

— Monotesseron sive unum ex quatuor, v. Herolt-Discipulus (1105, Quadragesimale Discipuli).

Gesta Romanorum:

— Gesta Romanorum, cum applicationibus moralisatis et mysticis (Inc. »Ex gestis romanor. historie notabiles de| vicijs virtutibusq; tractantes cum applicatō| nibus moralisatis z misticis incipiunt felici| ter.|.....«). S. l. & a., 4to maj., ff. nn. 1, num. 91 et nn. 6, sign. aij—oiij, typ. goth.

Incun. *307* (306), Hain ? — Cum literis initialibus depictis et una cum »Summa rudium« compactus liber (306—307), ex legato dris Petri Świętopełk. »Oretur pro eo«!

— Gesta Romanorum, cum applicationibus moralisatis et misticis. S. l., 1499, fol., ff. nn. 8 et num. 93, sign. 2—p_5, typ. goth.



Incun. *1056*, Hain *7751*. — Olim cum 8 aliis una compactus liber, posteriore tempore noviter vestitus, cum exarata in antiquo tegumento Aquila cum corona in scuto, signo introligatoris.

Gheyloven (de) Arnoldus ordin. Eremitarum s. Augustini, v. Geilhoven Arn. (642).

***GIELNIOWITA Jacobus** a Gielniów, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, a. 1553 possessor libri:

— Polonus M. Sermones de tempore. Argentinae, 1484, fol. (2061).

***GIERLICICES Stanislaus** de Gorlice sive Gerlice, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, comparavit a. 1612 pro 15 gr. una ligatos libros:

— Philelphus Fr. Epistolae familiares. Venetiis, 1498, fol. (1547).

— Seneca. Tragoediae, cum duobus commentariis. Venetiis, 1498, fol. (1546, ambo olim x-ʒ-ux dris Nicolai Procopiadis Szadkovii a Szadek, ambo legati per eum compatriotis nepotibus (?), cum exarata in anteriore et posteriore tegumentis Aquila cum corona in scuto, signo librorum introligatoris).

Gilbertus de Hoglandia ordinis Cisterciensis (Hain 7773), v. Hoglandiensis Gilb. (1207).

Gilewius Martinus de Cracovia, artium mgr. et theologus Cracoviensis: v. Gilewski Mart. dr.

***GILEWSKI Martinus** Cracovita, alias etiam Gilewius nuncupatus, scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1590 in artium liberalium mgrum et philosophiae drem promotus), expost collegiatus Collegii majoris, praepositus Przybyszowiensis, dr. (ab a. 1628) et professor s. theologiae ac decanus ecclesiae collegiatae s. Floriani extra muros Cracovienses, († 20. VIII 1630), donavit 4. I a. 1628 in pignus amoris mgro Sieprski libros:

— Flandriensis. In Aristotelis Metaphysicae libros. Venetiis, 1499, fol. (2443, olim x-ʒ-aa mgri Gollnii).

— Saxo Alb. In Aristotelis De coelo et mundo. Venetiis, 1497, fol. (1514, olim x-. mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte libri!).



— Idem mgr. Gilewski adhuc vivens, post resignationem concionaturae in ecclesia s. Annae, donavit pro concionatore ejusdem ecclesiae in uno volumine ligatos libros:

— Pelbartus. Sermones de sanctis. Hagenaw, 1500, fol. (7918 a. Theol.).

— — Sermones quadragesimales. Hagenaw, 1500, fol. (7918 b. Theol., libri cum exarata in tegumentis voluminis Aquila cum corona in scuto, signo introligatoris).

Ginziensis Andreas de Gins Ungarus, artium mgr. (ab a. 1511) Cracoviensis; v. Aristoteles (2346); Harderwicensis (128).

Giocchis (de) Fabianus de Monte s. Sabini, advocatus dignissimus: v. Montanus Fab. (1567).

GIUDICIUS Johannes Baptista de Giudice, episcopus Vintimiliensis, orator:

— Baptistae, episcopi Vintimiliensis, in funere Clarissimi viri Christophori Ruvere († 1. II 1479), cardinalis Tarantasiensis, oratio. S. l. & a., (Romae, 1479), 4to, ff. nn. 4, sine sign., typ. goth.

Hist. *6117*, Hain *?* — Olim κτῆμα Collegii majoris, temporibus dris Muczkowski de novo vestitum.

***GLABER Andreas** Pauli Kobylinius de Kobylino, scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1531 ad gradum magisterii promotus). expost collegiatus Collegii majoris, praepositus ecclesiae Wielunensis, dr. medicinae et physicus publicus, († c. a. 1550?), olim possessor una ligatorum librorum:

— Jamblichus. De mysteriis. Venetiis, 1497, fol. (1793).

— Nicephorus. Logica, cum aliis aliorum operibus. Venetiis, 1498, fol. (1794, ambo a. 1511 κτῆμα mgri Hessi).

Glagolitica fragmenta (manu scripta), v. Raulinus Joh. (1454).

GLANVILLANUS Bartholomaeus de Glanvilla Anglicus ordin. Minorum, alias etiam Glanvil aut Bartholomaeus Anglicus nuncupatus:

— De proprietatibus rerum. S. l. & a., (secundum P. G. Reichhartum o. s. B. Basileae, impr. Bartholdus Ruppel de Hanau, c. 1471/72). fol. maj., ff. nn. 216, sine sign., typ. goth.

Incun. *655*, cf. Hain *2499*. — Liber cum literis init. depictis, olim κτῆμα »Dris Iacobi (Fridel) de Cleparz«, evpost »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— De proprietatibus rerum. Coloniae, impr. per Joh. Koelhoff de Lubeck, 1481, fol., ff. nn. 445, sine sign., typ. goth.

Incun. *519*, cf. Hain *2501*. — Liber cum literis init. depictis, ex legato dris Petri Świętopełk de Zembrzyce, cum exarato in tegumentis signo introligatoris Lis in scuto.

— De proprietatibus rerum. Argentinae, impr. a. Dni 1485, fol., ff. nn. 300, sign. a—T_4, typ. goth.

Incun. *717*, Hain *2506*. — Liber cum literis init. depictis (lit. C. in fronte nitidissime depicta et deaurata), una introligatus cum Rolevinkio (717—718), cum adscriptione in fronte: »Liber olim Alberti (Krypa) de Szamothulj, deputatus per executores suos (!) pro libraria theologorum Collegij maioris Cracouiensis«.

— — Item, Argentinae, impr. a. Dni 1485, fol., u. s.

Incun. *2453*, Hain *2506*. — Item exemplar cum literis init. depictis, olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii iuridici«, s. XVII/XVIII de novo vestitum.

***GLICIUS Martinus** Johannis Pilznensis, vulgo paterno nomine Glicza dictus, civis de signo Aquarii alias Wodnik, a posterioribus erronee Glicki nuncupatus, scholaris (ab a. 1544) et artium mgr. Cracoviensis, (c. a. 1550 ad gradum magisterii promotus). expost collegiatus Collegii majoris, dr. et professor s. theologiae, canonicus cathedralis Crac. et a. 1573—1591 sexies decies rector Universitatis Jagellonicae, († 23. VIII 1591), olim possessor librorum:

— Cassiodorus. Expositio in Psalterium. Basileae, 1491, fol. (2184).

— Gatisdenus. Rosa anglica practica medicinae. Papiae, 1492, fol. (1290, dono dedit suo sympolitae Pograbio, olim κτῆμα dris Wielicii).

— Idem Glicius accepit a bacc. Stan. Pilznensi in pignus amoris in uno volumine ligatos libros:

— Magister Joh. Summularum glossulae. Venetiis, 1490, 4to. (263).

— — Super tota Aristotelis philosophia. Venetiis, 1490. 4to. (264).

— — Super cursum logicae. Venetiis, 1490, 4to. (265. omnes posteriore tempore κτῆμα Pograbii Pilznensis, Lasowii de Lasy et tandem mgri Lucae Piotrowski).

— Idem mgr. Glicius Pilznensis existens a. 1559—1563 praedicator ecclesiae s. Annae collegiatae, »habuit in usu« librum:

— Missale Cracoviense. (Nurnbergae, 1494/95). 4to. (4769a. Theol. pol., ex legato mgri Joh. Stobniczka).

— Idem dr. Glicius moriens, donavit Collegio majori:

— In argento: cantarum mediae ollae, 12 cochlearia cum signo Aquarii alias Wodnik et tres furcinulas; in stanno: quinque patinas majores, duodecim orbes majores et duos cantaros majores; in aere: sartaginem ad coquandos pisces justae magnitudinis (»Regestrum supell.«): »Oretur Deus pro eo«!

Glicki-Glicza Martinus Pilznensis,

artium mgr. et theologus Cracoviensis: v. Glicius Mart. dr.

Glocensis dux Henricus (a. 1498 olim), v. Leimbach Georg.

Glocensis Georgius de Gloc, artium bacc. Cracoviensis: v. Leimbach Georg. (2287).

Glogar-Gloger Johannes de Głogowia, artium mgr. et theologus Cracoviensis: v. Głogowita Joh.

Głogowia major (civitas): v. Głogowiensis; Głogowita; Sebundius Raym.

Głogowiensis canonicus v. Henckel Joh. Wratislawita mgr.

***Głogowiensis ecclesia** collegiata (Bibliothek des Kollegiatstiftes) in Majori Głogowia s. XVII et XVIII possessor libri:

— Quedlinburgensis. Sermones de tempore. Argentinae, 1483, fol. (1176, a. 1572 κτῆμα Georg. Sculteti).

Głogowiensis Johannes artium mgr. et theologus Cracoviensis, v. Głogowita Joh.

Głogowita Andreas de Glogowia, artium mgr., canonista et theologus Cracoviensis: v. Schonaeus Andr. dr.

GŁOGOWITA Johannes de Majori Głogowia, alias etiam Głogowiensis, Glogar aut Gloger vocatus, scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1468 ad gradum magisterii promotus), expost s. theologiae bacc., collegiatus Collegii majoris et canonicus ecclesiae s. Floriani Klepardiensis, (apoplexia tactus † 12. II 1507):

— Exercitium super omnes tractatus Parvorum logicalium Petri Hispani. Lipsiae, ad impensas Johannis Haller, civis Cracoviensis, virorum doctorum fautoris excellentissimi, quam optimis atque correctissimis characteribus fauste impr. per bacc. Wolfgangum Stoeckel Monacensem, cum privilegio copiae desuper descriptae, ut praesentia in detrimentum praefati Joh. Haller nullus Cracoviensium imprimere audebit, anno jubilaei MCCCCC, (cum subscriptione ad calcem typis exarata: »Impressum est hoc opus in insigni et ducali ciui- | tate lipsensi per Baccalariū Wolfgangum mona | censem Anno deifice incarnacionis. 1500.|«), 4to, ff. nn. 1, num. 1—176 et nn. 42, sign. a—ggiiij, typ. goth., cum literis init. xylogr.

Philos. pol. *277*, Hain *?* — Liber (cujus auctor in inscriptione »Almae Florentissimaeque Universitatis Studii Cracoviensis majoris Collegii artistarum collegiatus et ad s. Florianum canonicus« nominatur) ex dono dris Mich. Wiśliczka a. 1543, posterius κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.« et temporibus dris Bandtke iterum vestitum ac VIII. i. 37. signatum, cum adscriptionibus diversarum mannum antiquis: 1. in fronte (f. tit.): »pro sex grossis«, »condicio, oblijk (!), obyczaij« (palaeopolonice); 2. f. 176 v.: »Sub Venerabili Ioanne de Leopolije (Leopolita) commutacione vernali 1512«.

— — Item, Lipsiae, ad imp. Joh. Haller, civis Cracoviensis, fauste impr. per bacc. Wolfg. Stoeckel, 1500, cum privilegio, 4to, u. s.

Incun. *2596*, Hain *?* — Exemplar temporibus dris Bandtke III. V. 42. signatum, cum adscriptionibus diversarum mannum in fronte et ad calcem: 1. manus incuntis s. XVI »Iste est liber Iohannis Budnij«; 2. ejusdem manus palaeopolonice »enciana, gorsziczka«, »flammula, ijaskijer«; 3. alius manus »Iste est liber Valentini (Czechowski de) Czechow«; 4. ejusdem manus »Sub Venerabili dno mgro Antonio (Napachanio de) Nabachanije commutacione estiuali a. Dni 1526«; 5. »Nicolaus Bedlenskj, canonicus Cracouiensis«; 6. alius s. XVI manus »in bursa Vngarorum«; 7. item alius manus »Roschnowskj« (Rożnowski). Ceteroquin ad calcem libri manu Czechowski delineata ejus arma Oksza in scuto.



— — Item, Lipsiae, ad imp. Joh. Haller, civis Cracoviensis, fauste impr. per bacc. Wolfg. Stoeckel, 1500, cum privilegio, 4to, u. s.

Incun. *2608*, Hain *?* — Exemplar quondam cum Versoris »Super Aristotelis Posteriora analytica«, (Lipsiae, ad impensas Joh. Haller impr. per bacc. Wolfgangum Monacensem, 1499), et alio typis impresso opusculo in uno volumine compactum, ac temporibus dris Bandtke W. II. 78 a. signatum, (Versor signatus W. II. 78 c., expost exsectus, hodie desideratur), posterius vero denuo vestitum, cum adscriptionibus diversarum mannum in fronte: 1. »Emptus gr. viiij«; 2. »Cracouie ligatus precio gr. iiij apud Haller (»Haller« deletum) Lucam«; 3. »Audini a mgro Iacobo (Fridel a) Cleparz commutacione estiualj a. Dni 1514 in lectorio Ptolomei« (adscriptio propriae Trzecieski manus?); 4. »iij gr. emi a Andrea Trzijeczijeskj« (Trzecieski); 5. »Caspar Mogilnensis, artium lib. bacc., possidet a. 1577«; 6. »mgr. Petrus Lodensis pro se ac amicis suis comparauit«; 7. »Ex libris Ioannis Ramusz, 1612«.

— — Item, Lipsiae, ad imp. Joh. Haller, civis Cracoviensis, fauste impr.

per bacc. Wolfg. Stoeckel, 1500, cum privilegio, 4to, u. s.
Incun. ?, Hain ? — **Exemplar temporibus dris Bandtke W. II. 67 b. signatum hodie desideratur.**

— — Item, Lipsiae, ad imp. Joh. Haller, civis Cracovienais, fauste impr. per bacc. Wolfg. Stoeckel, 1500, cum privilegio, 4to, u. s.
Incun. ?, Hain ? — Temporibus dris Bandtke W. II. 74 a. signatus liber hodie desideratur.

— — Item, Lipsiae, ad imp. Joh. Haller, civis Cracoviensis, fauste impr. per bacc. Wolfg. Stoeckel, 1500, cum privilegio, 4to, u. s.
Incun. ?, Hain ? — Liber temporibus dris Bandtke W. IX. 75 c. signatus hodie desideratur.

— — Item, Lipsiae, ad imp. Joh. Haller, civis Cracoviensis, fauste impr. per bacc. Wolfg. Stoeckel, 1500, cum privilegio, 4to, u. s.
Incun. ?, Hain ? — Exemplar temporibus dris Bandtke X. X. 65 b. signatum hodie desideratur.

— **Kalendarium Cracoviense pro a. Dni 1500, (cum subscriptione typis impressa: »Dys yst dye schyckliche|yt des iares Cristi vnsers her| ren Thausent Funffhundert. Ausz den geczeugnissen der| Sternen vnd der Planeten Dureh Magistrum Iohan-| nem von grossen Glogow nach der alten erfarunge vnd| lere Gotte czu lobe vnd den menschen czu nucz gepractiziert|«). S. l. & a., (Lipsiae, impr. per Mart. Landsberg de Herbipoli, 1499), 4to, ff. nn. 4 (fragmentum), sign. Bi—Biij, typ. goth., cum signo typographi ad calcem.**
Kalend. *288*, Hain ? — **Fragmentum (absque plagula A.), cum adscriptionibus in margine f. ultimi: 1. »Pro bursa iuristarum detur«; 2. »Iste liber burse iuristarum restitutus est per dnum drem Stanislaum Shudolskij (Sudolski) 1542«.**

— Liber Posteriorum analeticorum, v. Versor Joh. (1999 & 279 Philos. pol.).

— Occasione expugnatae (1. VI a. 1485) a rege Mathia Corvino Viennae (manu scripti 9. VI a. 1485 versiculi): v. Magni Jac. (1830).

— v. Albertus M. (252 Philos. pol.); Gallus Alex. (?, hodie desideratur); Montanus L. (1955/56); Stoefflerinus-Pflaumen (2272); Versor Joh. (1999 sq.).

***GŁOGOWITA Johannes** qui supra, fuit etiam possessor librorum:

— **Algorismus novus. S. l. & a., 4to. (In mss. 1840, posterius** xτ**μα Mich. Wratislawitae).**

— Magni. Zophilogium (Sophologium). S. l. & a., (Argentinae, c. a. 1467), fol. min. (1830, cum ejus autographo in fronte: »Iste est liber mgri Iohannis de Glogouia maioris«).

— **Ptolemaeus. Cosmographiae libri. Ulmae. 1486, fol. maj.**

(821, emit 4 flor., item liber cum ejus autographo in fronte).

— Purbachius. Algorismus. (Viennae ?), s. a., 4to. (In mss. 1840, item postea xτ, dris Mich. Wratislawitae, u. s.).

— **Idem mgr. Joh. Głogowita, alias a coaevis Głogowiensis, Glogar aut Gloger nuncupatus, usus est etiam libro:**

— **Rolevinkius. Fasciculus temporum. Coloniae, 1479, fol. maj. (956, liber cum exarata in tegumentis Aquila sine corona in rhombo, signo introligatoris).**

***GŁOGOWITA Melchior** de Głogowia, **scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1500 pro gradu magisterii promotus), postea Głogowiensis ecclesiae majoris vicarius (?), olim possessor libri:**

— **Stoefflerinus-Pflaumen. Almanach nova, 1499—1531. Ulmae, 1499, 4to. (2925 Math., posteriore tempore** xτ**μα dris Mich. Wratislawitae).**

Głogowita Nicolaus de Majori Głogowia, artium bacc. Lipsiensis, artium mgr. et theologus Cracoviensis: v. Hoffman alias Offman Nic.

***GŁOWNENSIS Michael** de Głowno, scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (post festa Circumcisionis Dni a. 1537 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii minoris ac tandem (a. 1548) medicinae dr. uxoratus, comparavit a. 1538 librum:**

— **Flandriensis. In Aristotelis Metaphysicae libros. Venetiis, 1499, fol. (1766, liber cum exarata in tegumentis Aquila sine corona in rhombo, signo introligatoris, ab a. 1598** xτ**μα bacc. Math. Kwaśniewicz).**

***GŁUPCZYC Valentinus** Matthaei de Głupczyce sive Głubczyce, scholaris et artium bacc. Cracoviensis, (pro quartali s. Crucis a. 1495 ad gradum baccalariatus promotus), olim possessor libri:

— Serapio. Breviarium medicinae. Venetiis, 1497, fol. (1550, liber cum exarato in tegumentis signo introligatoris Marci de signo Leonis s. Marci Evangelistae in scuto).

Gneznense capitulum a. 1483. v. Justinianus imper. (1158).

Gneznenses archiepiscopi: v. Borzyszewski Andr.; Gamrat Petr.; Krzycki Andr.; Łaski Joh.; Oleśnicki Zbign.; Polonus Mart.; Trąba Nicol.; Uchański Jac. de Uchanie.

Gneznenses canonici: v. Czepel dr.; Leśnicensis dr.; Mirżyniec dr.; Oczko dr.; Tuliszek dr.

Gneznenses praepositi: v. Łaski Joh. (a. 1503); Latalski Joh. (a. 1505); Sliwnicki Math. de armis Korab.

Gneznensis cancellarius v. Secceminius Joh. mgr.

Gneznensis ecclesia: v. Caracciolus de Licio (1469); Missale Crac. (6237 Theol. pol.).

Gneznensis Jacobus de Gnezna, s. XVI possessor libri: v. Lorek Jac.

Gneznensis provintia v. Trąba Nicol. archiepiscopus.

GOBIUS Johannes Gobii ordin. Praedicatorum, vulgo Johannes Junior nuncupatus:

— Scala coeli. Ulmae, impr. per Joh. Zainer, 1480, fol., ff. nn. 108, sine sign., typ. goth.

Incun. *421* (420), Hain *9406*. — Opus cum literis init. depictis, una introligatum cum Alberto M. et 2 aliis libris (420—423), olim κτῆμα Laurentii Zatoriensis, praebendarii.

— — Item, Ulmae, impr. per Joh. Zainer, 1480, fol., u. s.

Incun. *1803*, Hain *9406*. — Item liber cum literis init. depictis, in uno volumine a. 1529 cum 3 aliis compactus (1803—1806), olim κτῆμα dris Nic. Latowicii, quo etiam a. 1491 usus est Martinus Latowicius.

— — Item, Ulmae, impr. per Joh. Zainer, 1480, fol., u. s.

Incun. *2454*, Hain *9406*. — Item exemplar cum literis init. depictis, s. XIX de novo vestitum, olim κτῆμα Collegii majoris.

Godziemba arma: v. Dąbscy; Lubrański Greg. Deit.

***GOŁAKOWSKI Simeon** scholaris et artium mgr. (?, ab a. ?) Cracoviensis, donavit bibliothecae Collegii majoris s. XVII una compactos libros:

— Diomedes. De arte grammatica. Venetiis, 1500, fol. (3470 c. Gramm.).

— Priscianus. Opera. Venetiis, 1495, fol. (3470 b. Gramm.).

— v. Gołkowicz Sim. mgr.

***GOLDMAN Erasmus** s. XVIII possessor libri:

— Cicero. De officiis. Venetiis, 1484, fol. (885).

Goleń Basilius artium mgr. et theologus Cracoviensis, v. Golinius Bas.

***GOLINIUS Basilius** Simeonis a Golina, vulgo Goleń dictus, a posterioribus Goliński nuncupatus, scholaris (ab a. 1567) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1575 magisterium in artibus et doctoratum in philosophia est adeptus), expost collegiatus Collegii majoris, s. theologiae dr. et professor, canonicus cathedralis Cracoviensis ac quater a. 1617—1623 rector Universitatis Jagellonicae, († 20. VI 1625), existens bacc. fuit possessor libri:

— Flandriensis. Quaestiones in Aristotelis Metaphysicae libros. Venetiis, 1499, fol. (2443, expost κτῆμα mgri Mart. Gilewski et aliorum).

Goliński Basilius artium mgr. et theologus Cracoviensis, v. Golinius dr.

***GOŁKOWICZ Simeon** alias etiam Gołkowius aut Lasoń nuncupatus, scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (7. I a. 1615 artium liber. magister et philosophiae dr. renunciatus), expost collegiatus Collegii minoris et linguae judaicae professor ordinarius, ac tandem collegiatus Collegii majoris, »vir optimus, rectus et candidus«, († a. ?), legavit contubernio seu bursae pauperum libros:

— Montanus L. In Aristotelis De physico audito. Coloniae, 1498, fol. (2016, olim κτῆμα dris Zimoszarski et bacc. Krainii).

— Reuchlinus. Vocabularius breviloquus. Argentinae, 1489, fol. (817).

— Idem Sim. Gołkowicz legavit etiam contubernio seu bursae pauperum in uno volumine ligatos libros:

— Fagifacetus. S. l. & a., 4to. (211).

— Liber de vita et morte Aristotelis. (Lipsiae?), s. a., 4to. (210).

— Vegius. Philaletes. S. l. & a., 4to. (212. omnes olim xr. Christ. Okoniewski, cum exarata in tegumentis voluminis Aquila introligatoris Johannis de signo Aquilae s. Johannis Evangelistae in rhombo).

— Idem mgr. Gołkowicz fuit etiam a. 1616 possessor libri:

— Montanus L. Circa Aristotelis libros De anima. Coloniae, 1498, fol. (1197).

— v. Gołakowski Sim.

Gołkowius Simeon alias Lasoń, artium mgr. Cracoviensis et judaicae linguae professor ordinarius: v. Gołkowicz Sim. mgr.

***GOLUNOWSKI Nicolaus** scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, a. 1559 possessor libri:

— Biblia s. integra. (Basileae), 1495, 16mo. (1993, expost xrʒaa scholaris Petri Sawicki et cujusdam Ralevii).

Gonzales Ludovicus Hispanus, v. Mantuanus Joh. Bapt. (185).

GORDONIUS Bernardus de Gordonio, artium et medicinae dr. Montis pessulani, excellentissimus artium et medicinae monarcha:

— Practica dicta Lilium medicinae. Ferrariae, impr. per mgrum Andr. Gallum, 1486, fol., ff. nn. 185, sign. a_2—o_2, typ. goth.

Incun. *727*, Hain *7796*. — In tegumento anteriore et in fronte (f. 1 nn.) operis manu dris Nicolai Procopiadis: 1. »Liber dris Alberti, cognomine Kripa (Krypa) de Schamotuli, regine Polonie Elisabeth phisici acurratissimi, datus pro libraria Collegij maioris a. 1507, obijt in Septembri«; 2. »Lilium medicine, ex libraria Collegij maioris, datum per Albertum Cripa Schamotulianum, 1507«. Ceterum in tegumentis libri exaratum proprium signum possessoris cum literis C. S. (Crippa Szamotulianus) in scuto et octangulo.



— — Iten., Ferrariae, impr. per A. Gallum, 1486, fol., u. s.

Incun. *2171*, Hain *7796*. — Ex legato epi Tomicki, cum altera in fronte adscriptione manus antiquae: »Iste liber pensutur sex flor.«.

— Practica dicta Lilium medicinae. Lugduni, impr. per Ant. Lambillionis et Mart. Sarracenum, 1491, fol. min., ff. nn. 204. sign. aij—u_3, typ. goth.

Incun. *739*, cf. Hain *7797*. — Liber cum literis init. depictis, in cujus fronte diversis manibus: 1. »..... (locus deletus) Crac. et suorum amicorum«; 2. »Die 13 Decembris a. Dni 1581 d. d. a Praeclarissimo viro dno Ioanne Zaleskij, consule Leopoliensi nec non cive Praemisliensi, amoris gratia«; 3. »1603 die 18 Maij pro dno Wit«; 4. manu s. XVII/XVIII »Patrum Camelduleusium eremi Marchionalis s. Iosephi« in Szaniec. Ceterequin in tegumentis libri exaratum signum introligatoris. Vera icon seu effigies Domini nostri Jesu Christi in scuto.

— Practica dicta Lilium medicinae. Venetiis, impr. per Joh. et Greg. de Gregoriis fratres, 1496, 4to, ff. nn. 5 et num. 1—271, sign. aij—Hiiij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte et literis init. florent.

Incun. *196*, Hain *7799*. — Una cum Aegidio Monacho compactus liber (196—197), cum exarato in tegumentis signo ligatoris Grzymała in scuto.

— Practica dicta Lilium medicinae, tractatus ejusdem De urinis. Venetiis, impr. mandato et expensis Octaviani Scoti Modoetiensis per Bonetum Locatellum Bergomensem, 1498, fol., ff. num. 96 et 33, sign. a_2—ee_3, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *1078*, Hain *7800*. — In tegumento posteriore libri, quondam una cum alio ligati (alter hic vero in fronte posteriore tempore exsectus), adscriptum: »1552 pro vsu Iacobi Zawisii grossis 52 Wittembergi comparatus«.

GORICHEM Henricus de Gorichem, de Goriehum aut Gorychum ordin. Minorum, artium mgr. eximius, s. theologiae dr. et professor ac interpres illuminatissimus:

— Quaestiones in s. Thomam Aqui-

natem. S. l. & a., (secundum P. G. Reichhartum o. s. B. Esslingae, impr. Conr. Fyner de Gerhausen, c. 1473), fol. maj., ff. nn. 176, sine sign., typ. goth.

Incun. *1009*, cf. Hain *7806*. — Liber cum literis init. depictis, ex legato mgri Sommerfeld-Aestivampiani, cum ejus autographo in fronte et ad calcem voluminis, item cum exarato in tegumentis Iis in scuto, signo introligatoris, mgri Valent. Pilznensis.

— — Item, s. l. & a., (Esslingae, impr. C. Fyner, c. 1473), fol. maj., u. s.

Incun. *1010*, cf. Hain *7806*. — Item liber cum literis init. depictis, in cujus fronte nuntiqua manu adscriptum: »Conuentus Cracouiensis s. Spiritus«.

— Tractatus consultatorii (contra Husitas et Bohemorum errores). Coloniae, in magistrali officina piae memoriae Henr. Quentel pridie Idus Apriles anno supra jubilaeum tertio (1503), 4to, 44 ff. nn. 1 et num. 85, sign. aij—piij, typ. goth.

Incun. *239*. —. — Una compactus libellus cum Rickelio (239—240), ex legato dris Joh. Sacrani de Oświęcim.

— Quaestiones super IV libros Sententiarum, cum conclusionibus ac titulis quaestionum s. Thomae Aquinatis articulisque Parisiensibus, et in quibus magister communiter non tenetur: v. Lombardus Petr. (1963 sq.).

— v. Positiones (451).

Górkanus Stanislaus de Górki seu de Srebrna Górka, artium mgr. et theologus Cracoviensis; v. Szyszka Stan.

Gorlice (de) Stanislaus scholaris Cracoviensis, v. Gierlicices (!) Stan.

GORRIS Guillerinus Aragonensis, artium et s. theologiae professor eximius:

— Scotus pauperum vel abbreviatus, editus ad panperum utilitatem. S. l. & a., (Tolosae, 1486), 4to min., ff. nn. 205, sign. aij—ff$_{1}$, typ. goth.

Incun. *242*, cf. Hain *6756*. — In fronte libri diversis manibus: 1. »emptus 1531«; 2. »per mgrum Mathiam (Magnum Cracovitam), detur librarie maioris Collegij«. Ad calcem vero libri in lingua palaeopolonica adscripta recepta »Contra tussim et purgationem sanguinis Pokrzywnyczae« (dris Martini Kołaczek Pokrzywnicensis).

Górski Jacobus Johannis, scholaris (ab a. 1542) et artium mgr. (ab a. 1554?) Cracoviensis, expost juris utriusque dr. et professor ac tandem vicecancellarius Universitatis Jagellonicae, († 17. VI 1585): v. Montanus Lamb. (1197).

Gorychum (de) Henricus ordin. Minorum, v. Gorichem Henr. dr.

Gościeński Mathias canonicus Cracoviensis, v. Gościeszycki Math.

***GOŚCIESZYCKI Mathias** de Kościeszyce s. Gościeszyce, a posterioribus Gościeński nuncupatus, (c. a. 1513) canonicus cathedralis Cracoviensis, olim possessor libri:



— Decisiones rotae romanae. S. l. & a., (Romae, 1483), fol. (1764, expost xżżux Math. Śliwnicki de armis Korab, cum delineatis in libro propria ejus manu his armis).

Gosławicki Andreas Lascarii, episcopus Poznaniensis, s. theologiae dr. (»kunde gar böses teutsch«), a. 1414 in concilio Constantiensi: v. Reichenthalensis Ulr. (1968).

***GOSŁAWSKI Johannes** Nicolai de Gosław, scholaris (ab a. 1469) Cracoviensis, expost canonicus cathedralis et in spiritualibus vicarius generalis Cracoviensis, († 31. VIII 1505), olim possessor libri:

— Theramus. Consolatio peccatorum. S. l., 1484, fol. (2547).

— v. Regiomontanus (360); Stoeflerinus-Pfaunen (1861 Math.).

— Idem canonicus Joh. Gosławski moriens, donavit etiam (a. 1506 per executores testamenti sui) domui Collegii majoris:

— Picarium de nuce indica, argento subtili labore contecta, in valore ad minus duodecim florenorum (»Regestrum supell.«):

»Oretur Deus pro eo«!

Gossinger Sigismundus Wratislawita, alias Fusilius nuncupatus, scholaris et artium mgr. (ab a. 1489) Cracoviensis, in Italiam pergens: v. Corvinus L. (1996).

***GOSTYNINUS Jacobus** Mathiae de Gostyń s. Gostynin, scholaris (ab a. 1472) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1477 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii majoris, dr. et professor s. theologiae, a. 1503 et 1504 bis rector Universitatis Jagellonicae et Studii generalis viceecancellarius, († 16. II 1506), legavit pro libraria theolog. Collegii majoris libros:

— Albertus M. Compendium theologicae veritatis. (Coloniae), s. a., fol. (579, ad usum vero librum dri Episcopio dedit).

— — De virtutibus tractatus. S. l. & a., fol. (578, item ad usum dri Episcopio dedit).

— Argentinensis Th. Scripta super Sententiarum libros, I—II. (Argentinae, 1490), fol. (1726, expost ✠ Joh. Solidi ?).

— — Scripta super Sententiarum libros, III—IV. Argentinae, 1490, fol. (1728).

— Biel G. Super Sententiarum libros. S. l. & a., fol. (1048, ad usum tamen dri Stan. Biel concessit, liber cum exaratis in anteriore et posteriore tegumentis signis ligatorum Grzymała et Wąż in scutis).

— Bonaventura s. Opuscula, pars I. Argentinae, 1495, fol. min. (773, item ad usum dri Stan. Biel concessit).

— — Opuscula, pars II. Argentinae, 1495, fol. min. (772, item ad usum dri Biel concessit).

— Eibus. Margarita poëtica. (Argentorati), s. a., fol. (2362).

— Gerson. Opera, I. (Basileae), 1489, fol. (1066, ad usum tamen ad vitam, una cum Inventario sequenti, dri Episcopio dedit).

— — Inventarium operum. (Basileae, 1489), fol. (1065).

— Isidorus s. De responsione mundi. (Augustae Vindel.), 1472, fol. (581, item ad usum dri Episcopio concessit).

— Sanctius. Epistola super expugnatione Negropontis. (Coloniae), s. a., fol. (580, item ad usum dri Episcopio dedit).

— Idem fuit etiam possessor libri:

— Copulata in Novam logicam. (Coloniae), 1493, fol. (609, postea ✠ mgri Episcopii et aliorum, liber cum exarato in tegumentis signo ligatoris, Aquila cum corona in eclipsi).

»Oretur pro eo«!

— v. Regiomontanus (360); Stoefflerinus-Pflaumen (2272 & 1861 Math.).

— Idem dr. Gostyninus moriens, legavit etiam testamentaliter domui Collegii majoris:

— Picarium in valore quinque vel ultra florenorum (»Regestrum supell.«):

»Oretur Deus pro eo«!

Gothardus e Buscoducis Alemanus, legum auditor acutissimus (Hain 7816): v. Busceducensis Goth.

Gottingensis Henricus artium mgr. et jurium bacc., v. Greve Henr.

GOUDANUS Guilelmus de Gouda ordin. Minorum de observantia:

— Expositio misteriorum missae et verus modus rite celebrandi. S. l. & a., (Lipsiae, impr. Mart. Herbipolensis), 4to, ff. nn. 22. sign. Aij—Diij. typ. goth.

Theol. *9440*, Hain *7820*. — Expositio s. XIX iterum vestita, olim ✠ Collegii majoris.

— Expositio misteriorum missae et verus modus rite celebrandi. Argentinae, impr. per Math. Hupffuf(!), s. a., 4to, ff. nn. 14. sign. Aij—Ciij. typ. goth. cum icone xylogr. in fronte.

Theol. *9510*, Hain *?* — Expositio temporibus dris Muczkowski iterum vestita, item olim ✠ Collegii majoris.

— v. Expositio (331).

GOUDENSIS Guielmus Hermanus canonicus ordin. d. Augustini:

— Odę (cum praefatione Roberti Gaguini ordin. s. Trinitatis et cum epistola Desiderii Herasmi Rotterodami, canonici ordin. d. Augustini). Parrhisiis, impr. opera atque impensa Guidonis Mercatoris in Campo Galliardo, 1497 xiij Kalendas Februarias, 4to, ff. nn. 41, sign. aij—fiij, (f. a. desiderare videtur), typ. goth., cum icone xylogr. ad calcem.

Incun. *381* (364), Hain *?* — In uno volumine compactus libellus cum 17 aliis opusculis (364—381), ex dono Wojciechi Dobiecki.

***GRABIŃSKI Valentinus** a. 1820 possessor libri:

— Alphonsus. Tabulae astronomicae. Venetiis, 1492, 4to. (2001, olim ✠ mgri Rembecki).

Graecae literae (gr. alphabetum, gr. voces &c. manu scriptae): v. Aquinas s. (1890); Cicero (876); Datus (140) & Tunger (139); Homer; Montanus L. (1955

& 1956); Scriptores astron. veteres (966 sq.); Urceus (2259).

— In graecis literis docti scholares et artium mgri Cracovienses: v. Grzepsius Stan.; Lis de Kraina dr.; Marennius Stan.; Olszyński Basil.; Posnaier Joh.; Schonaens Andr. dr.; Starnigelius Zach.; Trzecieski Andr.

Graeci v. Schedel dr. (460).

Graecista v. Bethuniensis Ebr. de Bethune (946).

Graecus Libanius praeceptor d. Johannis Chrysostomi, v. Libanius.

Gradibus (de) Johannes Matthaeus praeclarissimus et subtilissimus medicinae dr. et physicus, v. Ferrarius Joh. Matth. (1146).

Gradicensis abbas ordin. Praemonstratensis, v. Ponętowski Joh.

Grajewski Nicolaus Primus episcopus Przemyśliensis, v. Ursinus dr. (861 Gramm. pol.).

Granica (de) Benedictus dr. (?). v. Greniciensis Bened. dr.

GRAN Henricus typographus, impressit Hagenoae opera, quae »Polonica« nuncupantur:

— Ad omnes sacerdotes unice ad curatos de sacramento altaris mundo et transformato et de cruoribus atque votis, (cum subscriptione f. 38 v. »Finisce vl libro chi tratta de lo sacramēto del laltare mūdo e trāsformato .....«, f. 40 v. »Finisce la Tauola«). S. l., 1493, 4to, ff. num. xl, sign. aij—gij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte.

Incun. *182* (181), Hain *?* — Una compactus libellus cum Dinkelspucheli Postilla (181—182), olim xτ̄ϐα Clem. Sculteti, postea vero dris Sternberg Olsnensis, per ipsum pro libraria majoris Collegii artistarum legatum.

Sachsenspiegel:

— Sachsenspiegel, den Theodericus von Bockstorf, bischoff zur Nuenburg gecorrigiret hat. Basel, getruckt von Bernhart Richel, 1474. fol. maj., ff. nn. 262, sine sign., typ. goth., cum literis init. xylogr.

Incun. *994*, cf. Hain *14·074*. — Olim xτ̄ϐα Collegii majoris, cum literis init. depictis, in cujus tegumento anteriore antiqua manu: »Racione parafernorum ciuium Cracouiensium hic

habetur articulus priuilegio sub a. Dni 1363 octaua Epiphaniarum .....«.

— Sachsenspigel, den der Erwirdige in Got Herre vnde vater N. Bogsdorf, bischof czu Neunborg gedeutet hat. Lipczk, 1490 in vigilia Margarethae (in fine »1490 sonnabent nach Kiliani«), fol., ff. num. 56, 52, 87 et nn. 28, sign. aij—ddij, typ. goth., cum literis init. xylogr.

Incun. *2201*, cf. Hain *14078*. — Passim cum literis init. depictis, quondam κτῆμα »M. Lucae Piotrowski C. M.«.

— v. Utinensis Leonard. de Utino (1590, membranacea fragmenta manuscripta).

Sacramentum altaris mundum, v. Sacerdotes (182).

Sacranus Johannes Nicolai Senior de Oś»ięcim, artium mgr., canonista et theologus Cracoviensis: v. Beber Joh. de Oświęcim dr.

SACRANUS Johannes Bartholomaei Junior de Oświęcim, civis de signo Wieniawa, a posterioribus erronee Sacrarius nuncupatus, scholaris (ab a. 1459) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1469 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii majoris, plebanus Pełcznicensis, s. theologiae dr. et professor, custos ecclesiae collegiatae s. Floriani Klepardiensis, praepositus s. Nicolai extra muros Cracovienses, canonicus cathedralis Cracoviensis, regum Poloniae Johannis Alberti, Alexandri et Sigismundi I confessor, et a. 1493—1522 septies rector Universitatis Jagellonicae, († 15. XI 1527):

— Elucidarius errorum ritus ruthenici (dedic. Alberto Tabor, episcopo Wilnensi). S. l. & a., (c. 1500), 4to, ff. num. 34 et 2 nn., sign. Aij—fiij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente Ruthenos baptizaturos.

Theol. pol. *4792*, Hain *?* — In fronte libelli (f. tit. verso) annotavit dr. Muczkowski: »Nb!, editum videtur hoc opus Joannis de Oswięcim Sacrani prope (»prope« deletum et »post« insuperscriptum) a. 1500. uti patet ex verbis f. iij notatis, ergo sub finem regni Joannis Alberti, dum Alexander, frater ejus, dux Lithvaniensis adhuc extitisset«. Ceterum exemplar temporibus dris Bandtke E. IV. 14 b. signatum.

— — Item, s. l. & a., (c. 1500), 4to, u. s.

Incun. *?*, Hain *?* — Una cum Wimpina et 4 aliis opusculis quondam compactus et temporibus dris Bandtke 12. V. 27 f. signatus libellus, cum autographo



possessoris mgri Wratislawitae in anteriore voluminis tegumento, posteriore vero tempore exsectus, hodie desideratur.

Ceterum non praetermittendum hoc loco, descriptum apud Hainium sub nro 6677 opusculum: »Errores atrocissimorum Ruthenorum, ex tractatu dni Johannis Sacrani, s. theologiae mgri et Cracoviensis ecclesiae quondam canonici, quem intitulavit Elucidarium errorum ritus ruthenici et inscripsit Reverendo in Christo patri, dno Alberto, epo Vilnensi«, (s. l. & a., 4to, ff. nn. 4, typ. goth.), ante exitum anni 1527 prodire non potuisse, quod ex voce »quondam« facile conjicitur.

***SACRANUS Johannes** Bartholomaei Junior de Oświęcim, civis de signo Wieniawa, qui supra, legavit pro libraria theologorum Collegii majoris libros:

— Augustinus s. Opus quaestionum. Lugduni, 1497, fol. (2098).

— Bonaventura s. Super Imo Sententiarum. S. l. & a., fol. (2161).

— Florentinus A. s. Summae theologicae pars I. Argentinae, 1490, fol. (523).

— — Summae theol. pars II. Argentinae. 1490, fol. (524).

— — Summae theol. pars III. Argentinae, 1490, fol. (525).

— — Summae theol. pars IV. Argentinae, 1490, fol. (526).

— Gorichem. Tractatus consultatorii. Coloniae, 1503, 4to. (239, liber una compactus cum Rickelio sequenti).

— Gregorius I. Epistolarum liber. (Augustae Vindel., 1472/73), fol. maj. (842).

— Halberstadtensis. Concordantiae Bibliorum. (Argentorati, 1470?, 1475?), fol. maj. (2026).

— Rickelius. Specula omnis status humanae vitae. Norimbergae, 1495, 4to. (240, liber una ligatus cum Gorichemo praecedenti).

— Tritenhemius. De scriptoribus ecclesiasticis. (Basileae, 1494), fol. (1586, liber cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in scuto, signo scholaris et ligatoris Cracoviensis).

— Idem dr. Sacranus Junior fuit etiam possessor libri:

— Natalis. Catalogus sanctorum. Vicentiae, 1493, fol. (1344, liber cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in rhombo, signo scholaris et ligatoris Cracoviensis).

— Idem »habuit in usu« etiam libros:

— Bonaventura s. Super Imo Sententiarum. S. l. & a., (Eustadii. c. 1470), fol. maj. (2158, liber concessus sibi a dre Kobylinko Seniore).

— — Super IIdo Sententiarum. Venetiis, 1477, fol. (2162, item liber datus sibi a dre Kobylinko Seniore).

— Halesius. Super IIItium Sententiarum. Venetiis, 1475, fol. (475, item concessus sibi ad usum vitae a dre Kobylinko Seniore).

— v. Stoefflerinus-Pflaumen (1861 Math.); Ursinus dr. (861 Gramm. pol.). »Oretur pro eo«!

— Idem dr. Sacranus Junior moriens, donavit etiam domui Collegii artistarum majoris:

— Picarium intus et extra deauratum ac in duos resolubilem, ornatum insuper coelestini coloris pro altare in stuba communitatis sito, item viginti marcas pecuniarum pro aedificio librariae legavit (»Regestrum supell.«):

»Quorum beneficiorum Deus sit illi praemium sempiternum«!

***SACRANUS Stanislaus** Johannis de Oświęcim, scholaris (ab a. 1551) Cracoviensis, expost fr. ordin. Praedicatorum et prior conventus in Oświęcim, reemit a. 1580 pro conventu Oświęcimiensi librum:



— Albertus M. Compendium theologicae veritatis. Ulmae, s. a., fol. (1869, olim χτῆμα fr. Mart. Fiol, liber cum exarato in tegumentis Jelonek in circulo, signo introligatoris Cracoviensis).

***SACRANUS Thomas** de Oświęcim, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, postea concionator Wieliciensis, s. XVI conventui ordin. Praedicatorum Oświęcimiensi dono dedit librum:

— Polonus M. Margarita Decreti. S. l. & a., fol. (4667 Jus pol.).

Sacrarius Johannes Junior de Oświęcim, civis de signo Wieniawa, artium mgr. et theologus Cracoviensis: v. Sacranus Joh. dr.

SACROBUSTUS Johannes de Sacrobosco Anglicus, clarissimus astrologus:

— Sphaerae mundi compendium contraque Cremonensia in planetarum theoricas delyramenta Johannis (Regiomontani) de Monte regio Disputationes. nec non Georgii Purbachii in eorundem motus planetarum Theoricae. Venetiis, impr. (per Joh. Santritter Helbronnensem) mirifica illa arte, nuper ingenio germanico in lucem prodita, impressione videlicet, 1488, 4to, ff. nn. 69, sign. Aij—Giii, typ. rom., cum figuris astronomicis, icone xylogr. in fronte (f. 1 verso) et literis init. florent.

Incun. *106*, cf. Hain *14112*. — Liber ex dono Clarissimi Frankowski, cum tali tamen f. Aii manus s. XVII adscriptione: »Collegii Lvblinensis Soc. Iesv«.

— Sphaerae mundi compendium contraque Cremonensia in planetarum theoricas delyramenta Joh. de Monte regio Disputationes, nec non Georgii Purbachii in eorundem motus planetarum Theoricae. Venetiis, impr. mandato et expensis Octaviani Scoti Modoetiensis, 1490, 4to, ff. nn. 48, sign. aij—fiij, typ. rom., cum figuris astronom. et icone xylogr. in fronte (f. 1 verso).

Math. *1659*, Hain *14113*. — In fronte libelli propria dris Broscii manu: 1. »Liber iste fuit Illustrissimi dni Petri Myszkowski, epi Cracouiensis, et notae in hoc libro manu ipsius sunt notatae, cum adhuc variis scientiis daret operam in Studio Patauino«; 2. »M. Ioannes Broscius Curzelouiensis possidet. 1619«.

— Opus sphaericum, cum tribus commentis Cicchi Esculani, Fr. Capuani de Manfredonia et Jac. Fabri Stapulensis, item cum Theorica planetarum celebratissimi astronomi Georgii Purbachii. Venetiis, impr. per Sim. Papiensem dictum Bivilaquam et summa diligentia correctum, 1499, fol., ff. nn. 149, sign. aii—9_2, typ. rom., cum figuris astronomicis et literis init. xylogr.

Incun. *895* (894), Hain *14125*. — Una cum Macrobio ligatus liber (894—895), cum adscriptis in marginibus nominibus mensium in lingua palaeopolonica: »sthijczeu, luthij, marzecz, cvijeczijenij, maij, czijrvijecz, lijpijecz, szijerpijen, wrzeszijenij, paszdijernijk (!), lijsztopad, grudzijenij«, item cum adscriptis ad calcem (ff. $2^1/_2$) versiculis latinis sub titulo: »Summarius parvlorum computnalium, plurimas in se vtilitates complectens, mgri I. (Adalberti) Brudzephe (Brudzewii de Brudzewo).

— — Item, Venetiis, impr. per Sim. Papiensem dictum Bivilaquam, 1499, fol., u. s.

Incun. *1436*, Hain *14125*. — Exemplar prius cum alio una compactum (alter hic vero liber postea exsectus), cum adscriptionibus in fronte et ad calcem: 1. »A. S. K. F. S. Casper Melfon (!) Preslaw (Wratislawita), geschriben am freitagk vor Vnsere liben Frawen geburt (5. IX) im 1511 jar«; 2. »Ex Cathalogo librorum mgri Mathiae Bonikowskj, a. Dni 1610«.

— — Item, Venetiis, impr. per Sim. Papiensem dictum Bivilaquam, 1499, fol., (f. aii desideratur), u. s.

Math. *379*, Hain *14123*. — In fronte libri (f. aiii): »Ex donatione Rdi Ioannis Zaborowski, praepositi s. Annae, pro mathematicis minoris Collegy«.

— — Item, Venetiis, impr. per Sim. Papiensem dictum Bivilaquam, 1499, fol., u. s.

Incun. *2523*, Hain *14125*. — In fronte libri diversis manibus: 1. »Sum nigri Martini (Kułap) de Tarnovecz et valeo florenum in auro vngaricalem iusti et boni ponderis«; 2. »Liber mgri Michaelis (Wiślicska) de Vislicza, comparatus 30 gr. a. Dni 1523«; 3. »Collegio Academiae Cracouiensis maiori inscriptus a. Dni 1622«.

— — Item, Venetiis, impr. per Sim. Papiensem dictum Bivilaquam, 1499, fol., u. s.

Incun. *2524*, Hain *14125*. — Olim xτῆμα Collegii majoris, s. XIX iterum vestitum.

— v. Scotus Mich. (6522 c. Theol.).

Sącz: v. Krosnensis Paul., mgr. et poëta († in Sącz).

***Saganensis** bibliotheca Canonicorum regularium s. Augustini ante a. 1679 possessor libri:

— Polucianus. Constitutiones ordinis de Monte Carmelo. Venetiis, 1499, 8vo. (175, expost xτῆμα colonelli Garnier?).

Salamantina Universitas in Hispania, v. Niger Petr. bacc.

Saleceto (de) Bartholomaeus juris utriusque monarcha, v. Salicetus Barth. dr. (693 sqq.).

Saleceto (de) Guilelmus excellentissimus probatissimusque physicus, v. Salicetus Guil. dr. (1252 sqq.).

Salemo Constantiensis episcopus ordin. s. Benedicti (Hain 14134), v. Constantiensis Sal. sanctus (1507 sqq.).

***SALEŃSKI Laurentius** Kazimirita, scholaris et artium bacc. Cracoviensis, (?, ad Quatuor tempora Pentecostes a. 1519 ad gradum baccalaureatus promotus), expost plebanus in Zalesie, (?, Salenski = Zaleski?), a. 1548 possessor libri:

— Columna. Super Aristotelis Posteriorum libros. Patavi, 1478, fol. (942, expost xτῆμα Pauli Borek et mgri Wrześniani, liber cum exaratis in tegumentis signis introligatorum in scutis, Joh. Cracovitae et socii ejus bacc. Psitaci).

Salernitanum regimen: v. Carmina (32); Regimen sanitatis.

Salernitanus medicus excellentissimus, v. Platearius Joh.

SALGUIS de Salguis, decretorum dr., decanus Parisiensis:

— Ars inveniendi themata commendationesque et sermones ex corpore Decreti in qualibet materia fabricandi. S. l. 1482, fol., ff. nn. 54, sign. a_3—g_8, typ. goth.

Incun. *582*, Hain *14135*. — Liber cum literis init. depictis, una cum Keiserspergi Oratione compactus (582—583, tertius ad calcem posterius exsectus), ex dono dris Mich. Parisiensis de Bystrzyków.

SALICETUS Bartholomaeus de Saliceto seu de Saleceto Bononiensis, famosissimus legum dr. et juris consultus Pataviensis, juris utriusque monarcha ac excellentissimus legum interpres:

— Lectura aurea super IIda parte ff. (Digesti) veteris. Brixiae, impr. cum privilegio per Ang. Britannicum de Pallazolo, qui non modo curavit, ut pulcherrimis sit caracteribus literarum elaborata, verum etiam dilucidissime castigata, 1499, fol. maj., ff. nn. 203, sign. aij —qiij, typ. goth.



Incun. *693* (692), Hain *?*. — Una cum Bartolino compactus liber (692—693), ex legato dris Czepel Poznanitae, cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in circulo, signo introligatoris.

— Repetitio super l. Semel mora ff. so. (!) ma., in qua melius, quam alibi,

tractatur ma. more. S. l., 1486, fol. maj., ff. num. 6, sign. a—b, typ. goth.
Incun. *1570*, Hain *?* — Olim κτῆμα Collegii majoris, s. XIX denuo vestitum.

— Repetitio super l. Semel mora ff. se. ma., in qua melius, quam alibi, tractatur ma. more. Senis, impr. per Henr. de Haerlem, 1495, fol. maj., ff. nn. 6, sign. A—B, typ. goth.
Incun. *1473* (1471), Hain *14141*. — In uno volumine cum 17 aliis compactus libellus (1471—1490), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte.

SALICETUS Guilelmus de Saliceto seu de Saleceto Placentinus, dr. medicinae et excellentissimus probatissimusque physicus:

— Summa conservationis et curationis. Venetiis, impr. 1490, fol., ff. nn. 177, sign. a_2—z_3, typ. goth.
Incun. *1252*, Hain *14145*. — Una cum Kethamo introligatus liber (1252—1253), quondam κτῆμα dris Jacobi Pontificii, postea vero nepotis ejus, dris Laurentii Pontificii.

— — Item, Venetiis, 1490, fol., u. s.
Incun. *2525*, Hain *14145*. — Exemplar cum literis init. depictis, s. XVI κτῆμα cujusdam I. B., qui in fronte libri literas suas rubro colore adscripsit.

— Summa conservationis et curationis et ejusdem cyrurgia. Venetiis, impr. 1489 die iiij mensis Junii, fol., ff. nn. 178, sign. a_2—zz, typ. goth.
Incun. *1096*, cf. Hain *14149*. — Ad calcem libri et in ejus tegumento anteriore propriis possessorum manibus: 1. »Natiuitas dni Nicolai Dayk (Dzik): natus est die sabbatino in crastino 11 Milia uirginum (22. X) ante ocasum solis a. Dni 1513«; 2. manu exeuntis s. XVI: »Vespasianij (!) Vijszniowskij« (Wiszniowski); 3. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«. Ibidem et in tegumento posteriore adscriptae passim glossae palaeopolonicae: »vijszniowij«, »Do starego mnijcha .....« (locus corruptus).

SALICETUS Guil. & TURRECREMATA Johannes ss. romanae ecclesiae cardinalis:

— Duo singulares tractatus: De salute corporis, quem edidit excellentissimus et probatissimus medicinae dr. G. de Saliceto, et De salute animae, quem miro quodam ac divino magis quam humano artificio composuit cardinalis de Turrecremata. Lyptzk, impr. per bacc. Wolfgangum de Monaco, 1495, 4to, ff. nn. 9, sign. Aiij—bij, typ. goth.
Incun. *109*, cf. Hain *14153*. — Libellus s. XIX iterum vestitus, quondam κτῆμα Collegii majoris.

Salis (de) Baptista ordin. Minorum (Hain 14173 sqq.), v. Trovamala Bapt. (1574 sqq.).

SALLUSTIUS Cajus Crispus historicus atque orator clarissimus:

— Catilina et Jugurtha, cum Justiniani Romani epistola ad lectorem. Romae, impr. per Joh. Vercellensem et Franc. cognomento Madium, s. a., fol., ff. nn. 27, sign. aii—eii, typ. rom.
Incun. *1404* (1403), cf. Hain *14193*. — In uno volumine cum P. Veneto et s. Aquinate introligatus liber (1403—1405, quartus in fronte expost exsectus), cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in scuto, signo ligatoris, item cum exaratis ibidem Jesu Christo (Ecce homo), bb. V. Maria cum Infantulo, s. Barbara et s. Katharina.

— De conjuratione Catilinae et bello Jugurthino. Romae, impr. per mgrum Euchar. Silber alias Franck, 1490, 4to, ff. nn. 140, sign. aii—tiiii, typ. rom.
Incun. *198*, Hain *14217*. — Liber ex legato episcopi Tomicki a. 1536.

— De conjuratione Catilinae, cum commento Laur. Vallensis, et De bello Jugurthino, cum comm. Joh. Chr. Soldi. S. l. & a., (Venetiis, impr. per Theodorum de Regazonibus ab Asula, c. 1490), fol., ff. nn. 98, sign. c—tii (initium desideratur), typ. rom.
Incun. *2248*, Hain *?* — In chartula Catalogi adscripsit dr. Bandtke, qui librum de novo introligari fecit: »Impr. Venetiis per Theodorum de Regazonibus ab Asula c. 1490«.

— Liber de conjuratione Catilinae. S. l. & a., (Lipsiae, impr. Jac. Tanner Herbipolensis? an Mart. Herbipolensis Landsperg?, c. 1490?), fol.
Incun. *?*, Hain *?* — Temporibus dris Bandtke P. II. 45. signatus liber hodie desideratur.

— Liber de conjuratione L. Ser. Catilinae. (Lipsiae), impr. ab Herbipolensi Martino exactissime optimis, ut vides, typis, anno incarnationis decimo supra

millesimum quingentesimumque (! 1510), fol., ff. nn. 21 (finis desideratur), sign. Aij—Diij, typ. goth.

Incun. *2249*, Hain *14241*. — Quo titulo editor ultimi voluminis Hainii (P.—Z.) editionem hanc Sallustii, a. 1510 typis impressam, sub nro 14241 inseruisset, non liquet.

— v. Pedianus Q. Asc. (2270); Ursinus dr. (861 Gramm. pol.).

Salomon rex:

— Rex Salomon. S. l. & a., (impr. s. XV), 8vo min. (9·1×12·3), charta lusoria chalcogr.

Chalcogr. (V. 36. T4., 117), charta lusoria exihens regem, cum inscriptione manus s. XVI: »Salomon rex«.

— v. Chartae lusoriae.

Salomon Andreas Emmeramus Cracovita a. 1514, v. Flandriensis (2445).

Salomon Petrus Cracovita, scholaris (ab a. 1456) Cracoviensis et consul civitatis a. 1483 et 1486: v. Florentinus Ant. s. (537 sq.); Sermones Thesauri novi (1555).

Salvis (de) Baptista ordin. Minorum, v. Trovamala Bapt. (1574 sqq.).

Samaiten v. Reichenthalensis.

Samariensis Henricus v. Pauper Henr. de Septimello (377).

Sambarella Franciscus juris utriusque dr. consumatissimus et ss. romanae ecclesiae cardinalis, v. Zabarella Fr. (925 sqq.).

Samboraz (in) plebanus v. Rusocki Mich. mgr.

Samboritanus Martinus de Sambor, artium mgr. Cracoviensis: v. Radymiński Mart.

Samius Aristarchus v. Aristarchus Samius.

Samosatensis philosophus, v. Lucianus Sam.

Samson & Delila:

— Samson & Delila. S. l. & a., (impr. s. XV), 8vo (10·9×14·2), imago chalcogr.

Chalcogr. (V. 35. T1., 116), imago sine ulla inscriptione aut subscriptione.

Sancta Maria (a) Paulus in theologia mgr., v. Burgensis Paul. (1413 sqq.).

Sancta Sophia (de) Marsilius v. Forlivius Jac. (1499).

Sanctae Justae episcopus v. Torrella Casp. (6201 Medic. sq.).

Sancti Sabini Monte (de) Fabianus advocatus dignissimus, v. Montanus Fab. (1567).

SANCTIUS Rodericus Hispanus, episcopus Zamorensis, Calagarritanus et postea Palentinus, dr. juris:

— Speculum vitae humanae. Augustae, impr. a Ginthero Zainer ex Reutlingen, 1471, fol., ff. nn. 128, sine sign., typ. goth.

Incun. *1856*, Hain *13940*. — In fronte libri: 1. (f. vacuo ante textum) propria possessoris manu: »Libellus, continens in se tractatum, qui dicitur Speculum humane vite, quem emi pro vno floreno in ciuitate Augusta ego Arnolphus Petri de Mirzynijecz, ss. canonum et theologie dr., protunc canonicus Ploczensis et lector ordinarius iuris canonici in Studio generali Cracouiensi, a. Dni 1472 (adhuc vivente s. patrono. mgro Johanne Waciega de Marta in Malec ad Kęty!) redeundo de Roma«; 2. manu s. XVI: »Hoc (!) sunt (!) libri Iohannis Zakrakowia (! Zakrakowitae), sacerdotis bone .....« (locus derasus); 3. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«. Ceterum exstat etiam in libris manuscriptis bibliothecae Jagellonicae sub nro 1670 asservatum editionis hujus apographum, scriptum a. 1475, olim κτῆμα cujusdam magistri aut scholaris Cracoviensis.

— Spiegel des menschlichen lebens. übers. von Hainrich Steinhöwel, dr. in den ertzneyen. S. l. & a., (Augustae Vindel., impr. Günth. Zainer), fol. min. ff. nn. 10 et num. 164, sine sign., typ. goth., cum icone xylogr. (f. 8), exhibente principes Habsburgenses, et cum genealogia eorundem principium, item cum aliis iconibus et literis init. xylogr.

Incun. *1560* (1559), Hain *13948*. — In uno volumine introligatus liber cum opere Landrechtbuch vulgo Schwabenspigel (1559—1560), cum exarata in anteriore parte tegumenti inscriptione: »Leges imperiales 1533. I. C. Spiegel menschliches (!) Lebens«.

— Epistola super expugnatione insulae Negropontis a Turchorum principe. S. l. & a., (Coloniae, impr. Ulr. Zell), fol., ff. nn. 10, sine sign., typ. goth.

Incun. *580* (578), Hain *13957*. — Libellus cum literis init. depictis, una cum 3 aliis compactus (578—581), ex legato dris Gostynini pro libraria theologorum, ad usum tamen concessus dri Bernardo Episcopio de suburbio Cracoviensi Biskupie.

Sancto Amore (de) Wilhelmus scholae Parisiensis dr., v. Defensorium ecclesiae (1193).

Sancto Bartholomaeo (de) Andreas juris utriusque dr., v. Barbatia Andr. (1487).

Sancto Caro (de) Hugo ordin. Praedicatorum, cardinalis: v. Carensis Hugo (2304 sqq.).

Sancto Gallo (de) Sebestianus scholaris Cracoviensis, v. Grubel Seb.

Sancto Geminiano (de) Dominicus jurisconsultus, v. Geminianus Domin. (933 sqq.).

Sancto Geminiano (de) Nellus excellentissimus jurisconsultus, v. Geminianus Nell. (1490).

Sancto Georgio (de) Johannes archiepiscopus, v. Georgiensis Joh. Ant. dr. (556).

Sancto Severino (de) Franciscus jurisconsultus, v. Brunus Fr. (1742).

Sancto Severino (de) Johannes Bapt. legum monarcha famosissimus, v. Cazzalupus Joh. Bapt. (1754 sqq.).

Sancto Victore (de) Hugo ordin. Erem. s. Augustini, v. Victorinus Hugo (1251 sqq.).

***SANDECENSIS Andreas** ordin. Miechowiensis (s. Sepulchri Jerosolimitani) emit c. 1550 pro $^1/_2$ marca pro Wyszogradensi conventu in uno volumine ligatos libros:

— Magninus. Regimen sanitatis. Basileae, 1493, 4to. (1827).

— Saxoferratensis. Tractatuli. Lipsiae, 1493, 4to. (1828).

— Sylvius. Historia bohemica. S. l. & a., 4to. (1829, omnes olim xτῆμα dris Petri Świętopełk, expost vero dris Vitellii!).

Sandecensis custos s. XVII librorum possessor, v. Fusorius Barth.

Sandecensis praepositus v. Stężycius Sigism. dr.

Sandecia: v. Krosnensis Paul., mgr. et poëta († Sandeciae).

SANDEUS Felinus Ferrariensis, juris utriusque lumen, s. palatii apostolici causarum auditor, juris interpres eminentissimus:

— Singularis lectura super IVto et Vto Decretalium. Mediolani, impr. per mgrum Uldericum Scinzenzeller, impensis mgri Joh. de Lignano Mediolanensis, cum privilegio in decennium, 1500, fol. maj., ff. nn. 96, sign. aij—piij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente angelum scutum tenentem cum nomine »Johannes de Legnano«.

Incun. *974* (971), Hain *14284*. — Una cum 3 sequentibus Sandeis compactus liber (971—974), ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Super prooemio Decretalium et titulo Constitutionum admiranda commentaria. Pisciae, impr. impensis Sebast. et Raph. filiorum Jacobi Gerardi de Orlandis de Piscia, 1490, fol. maj., ff. nn. 66, sign. a—l_3, typ. goth.

Incun. *975*, Hain *14287*. — In uno volumine cum 4 sequentibus Sandeis introligatus liber (975—978 b.), item ex legato dris Nicolai Czepel de Poznania.

— Super prooemio Decretalium et titulo Constitutionum. Papiae, impr. per Joh. Andr. de Boscho et Mich. Geraldum, socios, 1496, fol. maj., ff. nn. 61, sign. aij—l, typ. goth.

Incun. *969*, cf. Hain *14291*. — Una cum Sandeo sequenti compactus liber (969—970), item ex legato dris Czepel Poznanitae.

— De exceptionibus, de praescriptionibus, de re judicata, de appellationibus (cum inscriptione: »Felinus de exceptionibus| de prescriptionibus| de re iudicata de| appellatio| nibus|«). S. l. & a., (Mediolani, impensis Joh. de Lignano, impr. Udalricus Scinzenzeller), fol. maj., ff. nn. 137, sign. a_2—Biiij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente angelum cum scuto et literis »I. O. L. M.« (Joh. O. Lignanus Mediolanensis).

Incun. *973* (971), cf. Hain *14294*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— De exceptionibus, de praescriptionibus, de re judicata, de appellationibus (cum inscriptione: »Felinus de exceptionibus| de prescriptionibus de re iu| dicata de appellationibus|«). S. l. & a., (Mediolani, impr. Udalr. Scinzenzeller), fol. maj., ff. nn. 137, sign. a_2—Biiij, typ. goth.

Incun. *1566*, cf. Hain *14294*. — Una ligatus liber cum F. Montano (1566—1567, tertius in medio posterius exsectus), item ex legato dris Czepel Poznanitae.

— De exceptionibus, de praescriptionibus, de re judicata, de appellationibus. Papiae, impr. por mgrum Ant. de Carchano, impensa Joh. Franc. de Nebiis de Burgo, 1496, fol. maj., ff. nn. 135, sign. a_2—B_3, typ. goth.

Incun. *1569* (1568), Hain *14·298*. — In uno volumine compactus cum Sandeo sequenti (1568—1569), item ex legato dris Nicolai Czepel.

— Super titulo De rescriptis et nonnullis aliis. Papiae, impr. per Bernardinum et Ambrosium fratres de Rovellis, 1495, fol. maj., ff. nn. 168, sign. Aij—uv, typ. goth.

Incun. *970* (969), Hain *14·304*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— Super titulo De rescriptis et nonnullis aliis. Mediolani, impr. per Uldericum Scinzenzeller, opera et impensa mgri Joh. de Lignano, qui omne studium et diligentiam adhibuit, ut hec omnia opera quam emendatissime ederentur, cum privilegio in decennium, 1499, fol. maj., ff. nn. 170, sign. Aii—uv, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente angelum scutum tenentem cum nomine »M. Johannes de Legnano«.

Incun. *976* (975), Hain *14·306*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— De officio et potestate judicis delegati lectura. S. l. & a., (Mediolani, impr. Ulder. Scinzenzeller, impensis Joh. de Lignano), fol. maj., ff. nn. 38, sign. Aij—giij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente angelum scutum tenentem cum nomine »Johannes Ligniano« (!).

Incun. *977* (975), cf. Hain *14·307*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— Commentaria in tit. De probationibus, de testibus, de testibus cogendis et de praesumptionibus. Papiae, impr. per Bernardinum et Ambrosium fratres de Rovellis, 1497, fol. maj., ff. nn. 99, sign. aij—Aij, typ. goth.

Incun. *1568*, Hain *14·310*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— Super titulo De fide instrumentorum singularis ac perutilis lectura. Mediolani, impr. per mgrum Uldericum Scinzenzeller, impensis Joh. de Lignano Mediolanensis, cum privilegio, 1499, fol. maj., ff. nn. 32, sign. aij—fij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente angelum scutum tenentem cum nom. »M. Johannes de Lignano«.

Incun. *971*, Hain *14·313*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— Super titulo De jure jurando insignis lectura. Mediolani, impr. per mgrum Uldericum Scinzenzeller, sub impensis Joh. de Lignano Mediolanensis, cum privilegio, 1499, fol. maj., ff. nn. 15, sign. Aij—dij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente angelum scutum tenentem cum nom. »M. Johannes de Legnano«.

Incun. *972* (971), Hain *14·316*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— Super titulo De judiciis aurea commentaria. S. l. & a., (Mediolani, impr. Ulder. Scinzenzeller), fol. maj., ff. nn. 31, sign. a—fij, typ. goth.

Incun. *978a*. (975), Hain ? — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— Singularis ac perutilis lectura super utili et quotidiano titulo De foro competenti. S. l. & a., (Mediolani, impr. Uldericus Scinzenzeller opera Joh. de Lignano), fol. maj., ff. nn. 18, sign. aii—ciij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte.

Incun. *978b*. (975), Hain *14·323*. — Item ex legato dris Czepel, u. s. »Cvivs animam Deus Deus habuit« (!).

Sandomiria a. 1500, v. Magister Joh. de Magistris (260).

Sandomiriensis canonicus v. Solkowski Andr.

***Sandomiriensis respublica civilis** s. XVI possessor in uno volumine ligatorum librorum:

— Justinianus imper. Digestum infort. Venetiis, 1495, fol. maj. (1796).

— — Novellae. Venetiis, 1494, fol. maj. (1797, ambo olim xτῆμα mgri Sommerfelt-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte et ad calcem, a. 1883 vero Stephani Bzowski!).

Sandomirita Albertus de Sandomiria, civis et consul: v. Wnuk Alb.

Sandomirita Dobieslaus de Sandomiria, v. Winiarski Dob.

Sandomirita Eva de Sandomiria a. 1565, v. Toska **Eva**.

Sandomirita Johannes de Sandomiria, artium mgr. et theologus Cracoviensis: v. Dobrosielski Joh.

Sandomirita Johannes de Sandomiria, canonista: v. Broniec Joh. dr.

Sandomirita Johannes a. 1565 libri possessor, v. Jastrzębski Joh.

***SANDOMIRITA Martinus I** de Sandomiria, scholaris (ab a. ?) et artium bacc. Cracoviensis, (pro quartali Cinerum a. 1541 ad gradum baccalaureatus promotus), expost notarius Cracoviae degens, olim possessor libri:

— Formularium procuratorum. Romae, 1491, 4to. (216, 28. V 1549 dono accepit a Joh. Ciżewski, liber cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in scuto, signo scholaris et introligatoris Cracoviensis).

Sandomirita Martinus II de Sangomiria, artium mgr. et physicus Cracoviensis: v. Urzędowius Mart. dr.

***SANDOMIRITA Stanislaus** de Sandomiria, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, comparavit a. 1515 apud mansionarium Jaslensem pro 16 gr. librum:

— Rolevinkius. Fasciculus temporum ab initio mundi usque ad hoc nostrum tempus. Argentinae, 1487, fol. (961, expost κτῆμα dris Broscii Kurzelowitae).

Sangelsinus Henricus Samariensis, dr. celeberrimus: v. Pauper Henr. (377).

Sangeminianus Dominicus juris utriusque interpres excellentissimus, v. Geminianus Domin. (933 sqq.).

Sangeminianus Nellus juris consultus excellentissimus, v. Geminianus Nell. (1490).

***SANOCENSIS Johannes** Johannis de Sanok, civis de signo Lilii, scholaris (ab a. 1499) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1513 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii minoris, decretorum dr. et professor, praepositus ecclesiae s. Nicolai extra muros Cracovienses et a. 1540—1552 novies rector Universitatis Jagellonicae, († 27. VIII 1554), olim possessor libri:

— Formulare instrumentorum. S. l. & a., 4to. (5859 Jus).

— Idem dr. Sanocensis moriens, donavit etiam Collegio majori:

— Picarium cum tectura optime deauratum, in cujus copercula est signum Lilii sculptum, item coclear magnum deauratum, libros denique (s. XVI typis impressos) in jure, theologia et artibus non paucos (»Regestrum supell.«):

»Cujus animam suscipere dignetur Misericors Deus in vitam coelestem«!

— v. Bonarowa arma; Lilium; Oliwa signum.

SANSON Franciscus de Senis ordin. Minorum, artium mgr. et s. theologiae dr. ordinarie Senis legens:

— Quaestionum omnium, in Physicis contingentium, breves et utilissimae terminationes, secundum Aristotelis, Averrois et Scoti doctrinam, editae tempore, quo legebat ordinarie Senis. Venetiis, impr. per Joh. Rubeum Vercellensem, 1496, fol., ff. nn. 36, sign. aii—f_3, typ. goth.

Incun. *453* (452), Hain *14326*. — Una cum J. D. Scoto et Thienensi ligatus libellus (452—454, duo alia opuscula olim una compacta, posterius exsecta), quondam κτῆμα Collegii majoris.

— — Item, Venetiis, impr. per Joh. Rubeum Vercell., 1496, fol., u. s.

Incun. *513* (511), *14326*. — Exemplar in uno volumine compactum cum Andreae A. et Majronio (511—513), quondam κτῆμα »mgri Martini (Biem) de Ilkusch«, cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in rhombo, signo ligatoris.

Sautes de Ardoynis de Pensauro, physicus: v. Pensaurus Sant. (1784).

SANTRITTER Johannes Lucilius Helbrunnensis Germanus, typographus celeberrimus:

— Ephemerides sive almanach perpetuus, cum Johannis Regiomontani Canone in Ephemerides. Venetiis, impensis, opera et arte impressionis mirifica Petri Liechtenstein Coloniensis, 1498 Idibus Octobris, 4to. ff. nn. 126, sign. AA_2—O_3, typ. goth., cum litera init. V. in fronte (f. i) florent.

Math. *2998*, Hain *13798*. — Ephemerides passim cum adscriptionibus mgri Nic. Procopiadis Szadkovii.

Sapientes VII v. Septem sapientes.

Sapientes XII v. Cicero (?, hodie desideratur).

Sapphus Epistola, v. Merula Georg. Alex. (1833).

Saraceni (Sarraceni): v. Partinensis Meth.; Spinaeus Alp.

Sarmata doctus, v. Corvinus Laur. mgr. (1996 sqq.).

Sarmatae-Sarmatia cum icone, v. Schedel dr. (460).

Sartor Mathias Ilkussius de Olkusz, artium mgr. et canonista Cracoviensis: v. Krawiec Math. dr.

Satanas alias diabolus exeuntis s. XV, cum magna tibia infernali, nitide depictus in media litera initiali V.: v. Gregorius I papa Magnus et sanctus (1164).



***SAWICKI Petrus** Alberti, alias etiam Sawicius nuncupatus, scholaris (ab a. 1545) Cracoviensis, comparavit a. 1571 pro 36 grossis librum:

— Biblia s. integra. (Basileae), 1495, 16mo. (1993, a. 1559 κτῆμα Nic. Golunowski, expost vero Ralevii).

Savini Sancti Monte (de) v. Montanus Fab. (1567).

SAVONAROLA Hieronymus Ferrariensis de Ferraria ordin. Praedicatorum, theologus fundatus:

— Triumphus Crucis de veritate fidei. S. l. & a., fol. min., ff. nn. 98, sign. a—m_4; typ. goth.

Incun. *1024*, Hain *14·342*. — Ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Expositio salutaris cum meditationibus devotissimis super psalmo Miserere. Impressum Magdeburg, s. a., 4to, ff. nn. 12, sign. aij—biij, typ. goth.

Theol. *9447*, Hain *14·422*. — Olim κτῆμα Collegii majoris.

SAVONAROLA Michael Johannes Patavinus, medicinae dr., clarissimus physicus et medicorum hujus temporis princeps:

— Opus medicinae seu practica de aegritudinibus de capite usque ad pedes. Collae, oppido municipio Florentino, sua impensa imprimendum curavit Bonus Gallus, 1479, fol. maj., ff. nn. 322, sign. aii—I (?) vi, typ. goth.

Incun. *1565*, cf. Hain *14·480*. — In fronte libri et in ejus anteriore tegumento antiquis manibus: 1. »Item iiij marcis«; 2. »Medicinale Michaelis de Patauino« (! Savonarolae); 3. »Sum de Collegio maiorj« (rubro, manu s. XV/XVI); 4. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«. Ceterum in tegumentis exarata pluries bb. V. Maria cum Infantulo.

— — Item, Collae, impr. curavit Bonus Gallus, 1479, fol. maj., u. s.

Incun. *2622*, cf. Hain *14·480*. — Ex legato dris Czepel Poznanitae. »Cuius animam Dnus Deus habeat«!

— Practica seu opus medicinae. Venetiis, mandato et expensis Octaviani Scoti Modoetiensis impr. per Bnetum (!) Locatellum Bergomensem, 1497, fol., ff. nn. 6, num. 275 et 1 nn., sign. a_2—LL_5, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *1508*, Hain *14·484*. — Una cum Savonarola sequenti introligatus liber (1508—1509), cum inscriptione in fronte antiquae manus: »Ex bibliotheca maioris Collegy«.

— — Item, Venetiis, impr. per Bnetum (!) Locatellum, 1497, fol., u. s.

Incun. *2526*, Hain *14·484*. — In fronte libri diversis manibus: 1. »Iohannis Noscowij (Noskowski), medicj«; 2. »Dr. Laurentius Pontificius«; 3. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Cracoviensis«.

— — Item, Venetiis, impr. per Bnetum (!) Locatellum, 1497, fol., u. s.

Incun. *2527*, Hain *14·484*. — Item olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Canonica de febribus, de pulsibus, de urinis, de eggestionibus, de vermis tractatus nusquam antehac impressus, et de Italiae balneis. Venetiis, mandato et expensis Octaviani Scoti Modoetiensis impr. per Bonetum Locatellum Bergomensem, 1498, fol., ff. num. 142, sign. AA_2—SS_3, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *1509* (1508), cf. Hain *14·489*. — Item »Ex bibliotheca maioris Collegy«, u. s.

— De balneis et thermis naturalibus omnibus Italiae sicque totius orbis proprietatibusque earum. Ferrariae, impr. per mgrum Andream Gallum, 1485, fol., ff. nn. 39, sign. a—f_2, typ. goth.

Incun. *1512* (1510), Hain *14·493*. — Libellus cum literis init. depictis (lit. C. in fronte nitidissime depicta et deaurata), una compactus

cum 2 aliis libris (1510—1512, quartus ad calcem posteriore tempore exsectus), ex legato episcopi Tomicki a. 1536, cum tali tamen in margine f. a posterioris manus adscriptione: »Patauij (!) alio loco primam ciuitatem habuerunt, quod etiam ego audiui a Nobilibus quibusdam Pataunis a. Dni 1557 interim, cum arti medicae operam impenderem, D. F. S.« (dr. Felix [Lazarides] Sieprcius).

SAXO Albertus de Saxonia, praeclarissimus artium mgr. et s. theologiae dr. Parisiensis, episcopus Halberstadtiensis:

— Quaestiones subtilissimae in Aristotelis libros De coelo et mundo, emendatae per drem Hier. Surianum. Venetiis, impr. per Otinum Papiensem, 1497, fol., ff. nn. 51, sign. a_2—i_2, typ. goth.

Incun. *1514*, Hain *577*. — In fronte libelli: 1. propria possessoris manu, sed deletum: »Iohannis Sommerfelt sum«; 2. alia manu s. XVII adscriptum: »Ex bibliotheca mgri Lucae Sieprsky, a Magnifico dno Martino Gilewsky, collega maiore, decano s. Floriani, in pignus amoris donatus a. Dni 1628 die 4 Ianuarij«.

— Tractatus proportionum, v. Burlaeus (1083).

Saxo Johannes de Saxonia, commentator: v. Alchabitius (5 Math.).

Saxo Jordanus de Saxonia seu de Quedlinburg ordin. Erem. s. Augustini, v. Quedlinburgensis Jord. (1176 sq.).

SAXO Ludolphus de Saxonia, Carthusiensis pater devotus et vir laudatissimus:

— Meditationes vitae Jesu Christi secundum seriem evangelii. Nurnberg, effigiatum per Ant. Koburger, 1483, fol., ff. nn. 374, sign. a—Giiij, typ. goth.

Incun. *1221*, Hain *10294*. — Liber cum literis init. depictis (lit. F. in fronte nitidissime depicta et deaurata), ex legato dris Petri Święcopełk de Zembrzyce. »Oretur pro eo«!

— Expositio in Psalterium, sequuntur Francisci Petrarchae Psalmi poenitentiales elegantes et devoti. S. l. & a., (1491 ?), fol., ff. nn. 224, sign. aij—D_5, typ. goth.

Incun. *734* (733), Hain *10304*. — Una cum s. Bernardo compactus liber (733—734), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.

— — Item, s. l. & a., (1491 ?), fol., u. s.

Incun. *1682*, Hain *10304*. — Exemplar cum adscriptionibus in fronte propriae possessoris manus: 1. »Anno partus virginei 1496 iste liber emptus est 16 grossis per mgrum Martinum (Kułap) de Tarnowecz, pro ligacione 5 grossi dati sunt«; 2. »Sum mgri Martini de Tarnowiecz, comparatus media merca« (!).

SAXOFERRATENSIS Bartholus de Saxoferrato, civis Perusinus, famosissimus legum dr. egregiusque ac sapientissimus legum interpres:

— Lectura super Ima et IIda parte Codicis. Venetiis, impr. arte et impensis Andr. Thoresani de Asula per Bernardinum Stagninum de Tridino, 1492, fol. maj., ff. num. 201 et 173, sign. A_2—RRR_6, typ. goth.

Incun. *694*, cf. Hain *2549*. — Ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Lectura super tribus libris Codicis, una cum additionibus Angeli (Ubaldi) de Perusio apostillisque Alexandri Imolensis (Tartagni). Venetiis, impr. impensa Andr. Thoresani de Asula, 1492, fol. maj., ff. nn. 52, sign. hhhh$_2$—oooo$_3$, typ. goth.

Incun. *1799* (1798), cf. Hain *2565*. — Liber cum literis init. depictis (lit. O. in fronte nitidissime depicta et deaurata), una ligatus cum Justiniani Novellis (1798—1799), quondam xzṽqux dris Andreae Schonaei.

— Lectura super Ima parte ff. (Digesti) veteris, una cum additionibus Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, impr. imp. Andr. Thoresani de Asula, 1492, fol. maj., ff. num. 274, sign. a_2—B_3, typ. goth.

Incun. *695*, cf. Hain *2583*. — Item ex legato dris Nicolai Czepel.

— Lectura super IIda parte ff. (Digesti) veteris, cum apostillis Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, feliciter impr. per Bernardinum Stagninum de Tridino de Monteferrato, 1492, fol. maj., ff. num. 201 (erronee 101), sign. aaa$_2$—vvv$_6$, typ. goth.

Incun. *696*, cf. Hain *2587*. — Item ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Lectura super Ima parte Infortiati, cum postillis Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, impr. per Bernardinum Stagninum de Tridino de Monteferrato, 1492, fol. maj., ff. num. 235, sign. a_2—z_3, typ. goth.

Incun. *697*, cf. Hain *2600*. — Item ex legato dris Czepel.

— Lectura super IIda parte Infortiati, una cum additionibus Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, impr. per Andream de Thoresanis de Asula, 1492, fol. maj., ff. num. 253, sign. aa_2—oo_6, typ. goth.

Incun. *698*, cf. Hain *2604*. — Item ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Lectura super Ima parte ff. (Digesti) novi, cum postillis Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, diligenti cura impr. per Andream de Thoresanis de Asula, 1493, fol. maj., ff. num. 211, sign. a_2—x_6, typ. goth.

Incun. *699*, cf. Hain *2616*. — Item ex legato dris Czepel, cum tali in fronte antiquae manus adscriptione: »Liber testamentaliter pro libraria theologorum Study Cracouiensis legatus, olim Venerabilis ac Egregy dni Nicolaj Czepel de Poznania, decretorum dris, prepositi Wratislauiensis et canonici ecclesiarum Gneznensis, Cracouiensis, Posznaniensis, Wladislauiensis et Plocensis, qui ex humanis cessit vltima Aprilis. Cuius animam Deus Deus habeat, a. X. 1522« (!).

— Lectura super IIda parte Digesti novi, cum apostillis Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, impr. per Bernardinum Stagninum de Tridino de Monteferrato, 1493, fol. maj., ff. num. 347, sign. A_2—mM_4, typ. goth.

Incun. *706*, cf. Hain *2620*. — Item ex legato dris Czepel.

— Utiles tractatuli: Repetitio l. i. C. De dignitate, De nobilitate cum pulchris additionibus, De insigniis et armis, De falcone, De regimine reipublicae civitatis. Liptzk, impr. per Greg. Boticher, 1493, 4to, ff. nn. 51, sign. Aij—hiiij, typ. goth.

Incun. *1828* (1827), Hain *2636*. — Una compactus libellus cum Magnino et Sylvio (1827—1829), ex legato dris Petri Świętopełk de Zembrzyce, passim cum adscriptionibus dris Biel Neopolitani, emptus tamen c. 1550 per Andream Sandecensem pro conventu Wyszogradensi, ac tandem s. XVII κτῆμα Jacobi Vitellii!

— Processus contemplativus quaestionis ventilatae coram Domino nostro Hiesu Christo, tamquam judice, inter advocatam hominis, sc. bb. Virginem Mariam, ex una et diabolum partibus ex altera, super possessorio humani generis (alias Tractatus procuratoris sub nomine diaboli dictus). S. l. & a., 4to, ff. nn. 12, sign. Aij—Biij, typ. goth.

Incun. *2213* (2211), Hain *2644*. — Una ligatus libellus cum 2 aliis libris (2211—2213), cum adscriptione in fronte manus dris Stan. Biel Neopolitani: »Libellus iste in externis legatus pro libraria theologorum Collegy maioris per mgrum Petrum (Świętopełk paterno nomine nuncupatum) de Zambrzeca (alias de Niesnanowice), s. theologie professorem, impensis vero mgri Stanislaj Byel de Noua ciuitate introligatus. Oretur pro eodem«!

— Libellus procuratoris, in quo diabolus producit litem coram judice Omnipotenti Deo contra genus humanum (Hain 2647): v. Libellus procuratoris (66).

Libellum vitiose Hain auctori Barth. Saxoferratensi tribuit.

— Consilia, disputationes nec non tractatus. Venetiis, impr. per Bernardinum Benalium Bergomensem, 1487, fol. maj., ff. nn. 164, sign. a_2— uv, typ. goth.

Incun. *985*, Hain *2655*. — Una cum Petrucio ligatus liber (985—986), ex legato dris Czepel Poznanitae.

— De tabellionibus tractatus, v. Modus legendi abbreviaturas in utroque jure (1882 sqq.).

Saxones v. Schedel dr. (460).

Saxonia (de) Albertus artium mgr. praeclarissimus et theologus Parisiensis, v. Saxo Alb. dr. (1514).

Saxonia (de) Johannes commentator, v. Alchabitius (5 Math.).

Saxonia (de) Jordanus ordin. Eremitarum, v. Quedlinburgensis Jord. (1176 sq.).

Saxonia (de) Ludolphus Carthusiensis devotus, v. Saxo Lud. (1221 sqq.).

Sbachi (de) Johannes a. 1484 possessor libri, v. Zbankius Joh.

Scala coeli v. Gobius Joh. Junior ordin. Praedicatorum (421 sqq.).

Sceptra Universitatis Jagellonicae Cracoviensis antiquissima, ineunte seculo XVI exarata in tegumento libri: v. Altissiodorensis Guil. profundissimus mgr. et dr. subtilissimus (1095).

— Item, Sceptra Universitatis Jagellonicae Cracoviensis antiquissima, exarata in tegumento libri circa a. 1522: v. Suidas (1564 Lexicon); Czepel Nic. de Poznania dr., civis et Nobilis.

— Item, Sceptra Universitatis Jagellonicae Cracoviensis antiquissima, impressa libro a. 1519 Cracoviae edito: v. Procopiades Nic. de Szadek dr.



Scepussiensis canonicus, v. Krawiec Math. Ilkussius dr.

SCHEDEL Hartmannus dr. medicinae et physicus Norimbergensis:

— Liber chronicarum, continens gesta quaecunque notatu digniora ab initio mundi usque ad hanc temporis nostri calamitatem, a doctissimis viris castigatus. Nurembergae, ad intuitum et preces Sebaldi Schreyer et Sebastiani Kammermeister, civium, impr. Ant. Koberger, adhibitis viris mathematicis pingendique arte peritissimis, Michaele Wolgemut et Wilhelmo Pleydenwurff, 1493, fol. maj., ff. nn. 20, num. 1—266, nn. 6, num. 267—299 et 1 nn., sine sign., typ. goth., cum figuris et imaginibus illustrium virorum et civitatum, in quorum nro ff. 1—3 nn. (post f. 267 num.) capita (Conradi Celtis): »De Sarmatia, regione Europae, De regno Poloniae et ejus initio, De s. Stanislao, episcopo Cracoviensi, patrono Sarmatiae, et De Cracovia (cum Kazimiria et Klepardia), urbe regia Sarmatiae«, (ubi mentio »viri multis miraculis« fulgentis, mgri Joh. Wacięga Kantii, »quamvis nondum in Catalogum sanctorum ascriptus sit«), illustrata imaginibus Sarmatiae, Cracoviae et s. Stanislai (Szczepanowski).

Incun. *460*, Hain *14508*. — Liber cum literis init. nitidissime depictis et deauratis (praesertim lit. A., C., V. et aliae) et cum adscriptionibus diversarum manuum: 1. rubro in fronte (f. tit.): »Enee Silvij (!) Piccolominei Senensis, cardinalis s. Sabine, edicio Libri cronicarum«; 2. in margine f. nn. 2: »1536. Rmus dnus Petrus Thomicius, episcopus Cracouiensis, Collegio theologorum presentem librum legauit, quondam dono datum Sue Rme paternitati per mgrum Martinum de Tharnovijecz« (Kułap paterno nomine dictum). Ceterum exemplar cum bene conservata (f. 169 v.) icone »Iohannes papa VII, Anglicus, mulier fuit in habitu virili, vt ait Martinus« Polonus), et passim cum adscriptis glossis palaeopolonicis: 3. »giansiczki, maczerza duska, piotruska, rzepik« (f. tit.), »Vyelijga, Oczko, Pyathku, Matphei, Maska, Strzelecz, Apotekarz (!), Zak. Barwijesrz (!), Rvski mnijch, Rogalya, Lowyscz, Copijthko, Karzijel Maczvda, Pan Raczka, Panna Smijchnija, Gandzyecz, Zawodnijk, Propheta (!), Oczkowski Rambonnijcza, Dlvgoschijski Cozirozek« (f. num. 12 »De hominibus diversarum formarum«), »Panowije Nyemczi skaczą, a boskeij rzeczi nije baczą« (f. 217) ... Item aliae diversis manibus positae, inter quibus etiam manu mgri Kułap et episcopi Tomicki, inveniuntur in hoc libro adscriptiones: 4. in fronte (f. tit.): »Anno Dni 1516 in multis (!) grando iuswete magnitudinis in multis locis (!) et insucta damna in peccoribus varys et hominibus et alys, que sunt necessaria vite humane. Fertur tante fuisse predictum grandem tante (!) alicubi, sicut ova magna anserum, alicubi, sicut capita bocona (?), et alibi, sicut cambuge sericee (!) aliter pilatikj gradobite. Et hoc contigit signanter circa Visitacionis Marie festa« (2. VII); 5. item eadem manu (f. 286): »Bavarj (!) sclavonicum fuit, quod dicebant seu vocabant milites boyarj. et Sclavj, vti ego in Almania didici a vetustissimis Sclavis, pertendebatur ad Renum fivuium. Et Ptolemeus Sarmatas dicit pertensos ad Renum, quas omnes naciones Theutonici occuparunt. Et circa mare Iliricum, vt sunt Venecie (!), aduc per villas Sclavj sunt et Itali in vrbibus. Ecce, quomodo vadunt regna do gente in gentem, mutatis nominibus«; 6. item alia manu posita adscriptio: »Nvntij seu oratores Wladislai, Vngarie et Bohemie regis, missi in Camyenyecz ad componendum Bochdnum, palatinum moldauiensem, cum Serenissimo Sigismundo, rege Polonie, nonitates Constantipolitanas eidem regi Polonie notificant« ex Kamieniec podolski, ubi etiam Petrus Tomicki aderat, a. 1510 (f. vacuo 259); 7. item rubro colore (f. vacuo ante f. num. 267) positae adscriptiones: »Hic notantur Cause destructionis variarum nationum et statuum diuersorum:

1. Ociositas, saturitas et temeritas Sodo-
[morum,
Incredulitas, duricia et rebellio Iudeorum,
Fortitudo, libido et prodicio Troianorum,
Sciencia, gloria et apostasia Grecorum,
Invidia, prosperitas et status pacificus
[Romanorum,
Pertinacia, ferocitas animi et mollicies
[Gallicorum,
Pompa, diuicie et inhvmanitas Hispa-
[norum,
Valitudo, sinvltas (i. e. latens odium) et
[a fide deviatio Anglicorum,

Est destructio singulorum.



Schedel dr. (Cracovia, regia urbs Sarmatiae, a. 1493).

Inconstancia, factio et duplicitas Itali-
[corum,
Luxus, confidencia propry ingenij et in-
[obediencia Bohemorum,
Castrimergia (i. e. gvla, voricitas), gros-
[sicies et inctancia Polonorum,
Luxuria, sacramentorum contemptus
[Francorum,
Dolositas, presumcio et incredulitas Vn-
[garorum,
Elacio, avaricia et temeritas Prutenorum,
Rancor, mvtua devastacio et pertinacia
[Bavarorum,
Pvsillanimitas, petulancia et sumtuositas
[Australium,
Questus, rapacitas et inverecundia sta-
[gnalivm,
Simonia, taciturnitas et inexemplaritas
[prelatorum,
Cupiditas, ignorancia et sevrilitas sacer-
[dotum,
Proprietas, dissolucio et officia secularia
[monachorum,
Periurivm, lenocinivm, inevria et temv-
[lencia (i. e. ebrietas) principum,
Sacrilegium, instabilitas et perfidia No-
[bilium,
Calumnia, oppressio et vestis meretricia
[militarium,
Discordia, vindicta et appotitus dominij
[vrbanorum,
Somnolencia, libertas et ebrietas rusti-
[corum,
Stoliditas, fravs et pacti inter se viola-
[tio mercatorum,
Iracundia, ocium et impudencia mvlierum,
Multiloqvium, crapula et contubernium
[virginum,
Improuidencia, furia et prodigalitas do-
[minorum,
Inevria, pigricia et infidelitas servitorum:

Est destructio singulorum.

2. Ingenium Lombardorum,
Inglvvies Thevtonicorum,
Stulticia Saxonum,
Ebrietas Sclaworum,
Avaricia Italorum:

Est destructio singulorum.

3. Machmeth prophanus (!) decepit a fide pa-
[ganos,
Talmvth Iudeos, Viklyeff Anglos Husque Bo-
[hemos.

4. Devocio in Italia,
Paupertas in Venecia,
Alemanorum iciunia,
Religio in Bohomia,
Ffides in Vngaria,
Hvmilitas in Austria,
Castitas in Bavaria,
Simplicitas in Sweuia vel Swecia,
Veritas in Slesia,
Rvthenorum consilia,
Prvthenorum homagia,
Pons in Polonia,
Cibaria in Marchia,
Ceruisia in Herfordia,
Fformosa mulier in Ethiopia:

Nichil valent hec omnia . . .

— — Item, Nurembergae, impr. Ant. Koberger, 1493, fol. maj., u. s.

Incun. *1549* (1548), Hain *14693*. — Item cum literis init. depictis, et item quondam xx̄ȳux »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«, u. s.

— Practica dicta Breviarium et liber De simplici medicina dictus Circainstans, secundum translationem Simeonis Januensis interprete Abraam Judaeo Tortuosiensi de arabico in latinum, cum Practica Johannis Platearii, Salernitani medici. Venetiis, impr. mandato et expensis Octaviani Scoti Modoetiensis per Bonetum Locatellum Bergomensem, 1497, fol., ff. num. 211, sign. a_2—q_5, typ. goth.

Incun. *1550*, Hain *14695*. — Liber cum literis init. depictis, in cujus fronte antiqua manu: »Est iste liber Valentini Glubschiz« (Glupczyc), expost xx̄ȳux »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«, compactum incunte s. XVI ab introligatore Marco de signo Leonis s. Marci Evangelistae in scuto, cum exarato hoc signo in tegumentis.

— — Item, Venetiis, impr. mandato et expensis Octav. Scoti Modoet. per Bonet. Locatellum, 1497, fol., u. s.

Incun. *2539*, Hain *14695*. — Olim xx̄ȳux »Bibliothecae Collegij majoris Academiae Cracouiensis«, cum adscriptionibus diversarum manuum in fronte (f. tit. verso): 1. »Ex Cathalego librorum Martini Alberti (?) Kucziewic (Kuczewicz), art. pharmacop. Wolboriensis, postea Cracouiensis apotecarij, a. salutifero virgineo partu 1664«; 2. »post obitum dni dris Licus (?) Zawackij, consulis Crac., qui obyt a. 1582 (? recte 1592!) acceptum«.

SERENUS Quintus medicus:

— Medicinae liber seu versus de variis curandis morbis, v. Avienius Ruf. Fest. (106 Math.).

SERGIUS grammaticus:

— In Donati artem, v. Diomedes gramm. (3470 c. Gram.).

Sermones abbreviati pro qualibet totius anni dominica, v. Utinensis Leonard. dr. (1192).

Sermones Dormi secure v. Werdena Joh. (1988 sqq.).

Sermones per Adventum de formatione moralis hominis, v. Caracciolus Rob. de Licio mgr. (1416 sqq.).

Sermones Thesauri novi:

— Sermones Thesauri novi de tempore. Argentinae, impr. a. Dni 1480 (? Mccccl xxx..... locus derasus), fol., ff. nn. 351, sign. a_2—Y_2, typ. goth.

Incun. *1555*, Hain *?* — Liber cum literis init. depictis (lit. I. et D. in fronte depictae et deauratae), et cum adscriptionibus in fronte et ad calcem variarum manuum: 1. »emptus Cracouie 1484«; 2. propriae manus b. Silentiosi, vulgariter »Milczek« nuncupati: »per me Swanthoslaum Silencioswm, in Cracovia morantem apvt Petrum Salomon, consulem Cracoviensem, in crastino Epifaniarum sabbato (7. 1) sub a. Dni 1486. Hec manus mea propria« (tota haec adscriptio manu posteriori deleta); 3. ejusdem manus b. Silentiosi: »30 sexterni vel citra a. Dni 1486«; 4. (f. 14 v.) alius manus s. XVI: »Liber Rdi dni dris Nicolai Valthek, archipresbiteri ecclesiae parochialis b. Mariae in circulo Cracouiensi, legatus pro libraria theologorum Collegij maioris Vniuersitatis Cracouiensis«; 5. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«. Cetorum ff. vacua in fronte et ad calcem voluminis, verisimiliter cum variis b. patroni adnotationibus, s. XIX barbarum in modum exsecta, hodie desiderantur. (Asservantur nunc in Warszawiensi comitum Przezdzieckich bibliotheca ?).

— Sermones Thesauri novi de san-

ctis. Argentinae, 1484, fol., ff. nn. 309, sign. a_2—Q_4, typ. goth.

Incun. *1556*, Hain *?* — Liber cum literis init. depictis (lit. R. in fronte nitido depicta et deaurata), item ex legato dris Valthek.

— — Item, Argentinae, 1484, fol., u. s.

Incun. *2540*, Hain *?* — Exemplar cum literis init. depictis, olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Sermones Thesauri novi de tempore. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1489, fol., ff. nn. 320, sign. a_2—Y_5, typ. goth.

Incun. *1557*, Hain *?* — Item cum literis init. depictis (lit. D. in fronte nitidissime depicta et deaurata), cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in scuto, signo introligatoris, et cum adscriptionibus in fronte: 1. antiquae manus: »Liber pro libraria theologorum«; 2. alius manus: »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Sermones Thesauri novi quadragesimales. Argentinae, impr. 1497, fol., ff. nn. 136, sign. a_2—v_4, typ. goth.

Incun. *1558*, Hain *?* — Liber a. 1521 introligatus, cum exarata in tegumentis bb. V. Maria cum Iufantulo et sceptro, et cum adscriptione in fronte (f. a_2) manus dris Nic. Procopiadis: »Liber librarie Collegy maioris Study Cracouiensis, 1540 per drem Gregorium (Stawiszynium de) Stanisin datus«.

Sertum fidei v. Utinensis Leonard. dr. (1192).

SERVITOR medicus:

— Liber Bulchasin Benaberaçerin de praeparatione medicinarum simplicium, translatus a Simone Januensi, interprete Abraham Judaeo Tortuosiensi: v. Mesua Joh. (1248 sq.).

SERVIUS Maurus Honoratus grammaticus:

— Commentarii in Vergilii opera. S. l. & a., (secundum P. G. Reichhartum o. s. B. Argentorati, impr. Ad. Ruschius, c. 147?), fol. maj., ff. nn. 182, sine sign., typ. rom.

Incun. *1561*, cf. Hain *14703*. — Liber cum literis init. depictis, in cujus fronte (f. membr. vacuo ante textum) et in tegumentis diversis manibus: 1. »Seruij Commentarius in Virgilium, iste est liber baccalarij Pauli Havnold de Wratislauia, canonici Wratislauiensis, archidiaconi Legniczensis etc., qui intrauit religionem s. Bernardini, hoc est s. Francisci de obseruancia, pro Collegio maiori artistarum«; 2. »Vniuersitatis«; 3. »Iste est liber mgri Michaelis de Wijelun« (Wielunii de Opole); 4. »receptus a dre Michaele (Sternberg) Olsnensi«; 5. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— — Item, (Argentorati, impr. Ad. Ruschius, c. 147?), fol. maj., u. s.

Incun. *2541*, cf. Hain *14703*. — Exemplar cum literis init. depictis, s. XIX de novo vestitum, ad cujus calcem manibus antiquis palaeobohemice (?): 1. »locatus, locator«; 2. »domine locate, terak sie matho«.

— In secundam Donati editionem, v. Diomedes gramm. (3470 c. Gramm.).

— v. Vergilius P. M. (1596).

Severinas Robertus v. Mantuanus Joh. Bapt. (185).

Severino Sancto (de) Franciscus jurisconsultus, v. Brunus Franc. (1742).

Severino Sancto (de) Johannes Bapt. legum monarcha, v. Cazzalupus de Caccialupis (1754 sqq.).

Sevilla:

— Sevillae typis impressum opus, quod »Polonicum« nuncupatur: v. Polonus Stan. typographus.

Sextus Decretalium v. Bonifacius VIII papa (463 sqq.).

SIBUTUS Georgius Daripinus, poëta et orator laureatus, ordinarius lector humaniarum literarum in Academia Albiorena:

— Silvula in Albiorim illustratam. Lipsiae, impr. per bacc. Mart. Landsberg Herbipolensem, s. a., 4to, ff. nn. 28, sign. aij—ciij, typ. goth.

Neolat. *971*, cf. Hain *14717*. — Opusculum una ligatum cum 2 aliis s. XVI typis impressis libris, olim κτῆμα Collegii majoris.

SIBYLLA Bartholomaeus Monopolitanus ordin. Praedicatorum, theologus et s. paginae professor minimus:

— Speculum quaestionum peregrinarum. Romae, impr. per Euchar. Silber alias Franck natione Alemanum, 1493, 4to, ff. nn. 12 (titulus desideratur), num. 280 et 2 nn., sine sign., typ. rom.

Incun. *344*, cf. Hain *14718*. — Opus temporibus dris Bandtke de novo vestitum, olim κτῆμα Collegii majoris.

— Speculum peregrinarum quaestionum, variis theologiae et utriusque cen-

surae, philosophorum et astrologorum documentis exornatum, cuilibet intuenti et praecipue in agro dominico laboranti perutile. (Argentinae), opera et expensis Joh. Grünninger, civis Argentinensis, consummatum, 1499, 4to, ff. nn. 10 et num. 254, sign. Aij—LLv, typ. rom. et goth., cum icone aere inciso in fronte.

Incun. *345*, Hain *14720*. — Liber cum literis init. depictis et cum adscriptionibus in fronte diversarum manuum: 1. »Liber dni Clementis Sculthetj, pro iiij marcis emptus«; 2. »Dris Gregorij (Stawiszynii) de Sthawyschin, 1540«; 3. »Ex donatione Rdi P. Ioannis Wielicij, canonici Cracouiensis, s. theologiae dris«. Ceteroquin adscripti ibidem: 4. manu Sculteti versiculi ad s. Christophorum:

Cristofore sancte, virtutes sunt tibi tante,
Qui te mane videt, nocturno tempore ridet,
Nec falsum cedat, nec mors subitanea ledat.
Tu solus in sanctis tenesque nomine gigantis.

SIBYLLA Erythraea:

— Carmina de Christo Jesu Domino nostro, v. Theocritus poëta (2254).

— v. Probus Val. (187).

Sicanus Johannes Antonius Veronensis, artium et medicinae dr.: v. Thienensis Caj. (2845 Philos.).

Sichomachia v. Prudentius A. Cl.

Siculus Abbas juris utriusque monarcha, v. Panormitanus Nic.

Siculus Andreas juris utriusque dr., v. Barbatia Andr. (1487).

Siculus Antonius juris utriusque dr. acutissimus, v. Corsetus Ant. (559 sqq.).

Siculus Julius Maternus astronomus, v. Firmicus Jul. Sic. (1178).

Siculus Nicolaus Scyllatius mgr., v. Gatisdenus Joh. (1290).

Siculus Theognides Megarensis, v. Theognides Meg. Sic.

Siculus Titus poëta, v. Calpurnius Tit. Sic.

Sidlovitius-Szydłowiecki Paulus Polonus, scholasticus (scholaris) Bononiensis: v. Beroaldus Philipp. (1958 Philos.).

SIDONIUS Apollinaris Gajus Sollius Arvernorum episcopus:

— Poëmata ejusdemque epistolae. Mediolanni (!), impr. per mgrum Ulldericum Scinzenzeller, impensis presbyteri Hyeronimi de Asula nec non Johannis de Abbatibus Placentini, 1498, fol., ff. nn. 144, sign. Aij—siiii, typ. rom., cum literis init. florent.

Incun. *1180*, Hain *1287*. — Una compactus liber cum Ausonio (1180—1181, tertius in fronte expost exsectus), cum exaratis in posteriore tegumento (anterius desideratur): s. Stanislao (Szczepanowski), epo Cracoviensi, et s. Katharina, item cum exarata ibidem Aquila cum corona in circulo, signo introligatoris.

Siemieński Victorinus v. Regiomontanus (360).

Sieniawski Hieronymus v. Mucharski Petr. dr.

Sieprawicius Mathias de Siepraw alias de Bochnia, artium bacc. Cracoviensis: v. Bochniensis Math.

Sieprcius Felix de Sieprc, artium mgr. Cracoviensis et medicus publicus: v. Lazarides Fel. dr.

***SIEPRCIUS Jacobus** a Sieprc, scholaris (ab a. ?) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1515 ad gradum magisterii promotus), expost (usque ad a. 1538) collegiatus Collegii majoris, canonicus ecclesiae collegiatae ad s. Annam Cracoviae et plebanus in Wąsocze, († a. 1540), usus est libro:

— Picus. Disputationes adversus astrologos. Bononiae, 1495, fol. (2069, olim xx̄ma dris Caepel Poznaniae).

***SIEPRCIUS Simeon** Stephani de Sieprc, scholaris (ab a. 1485) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1492 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii majoris, († 14. VI 1512), legavit Collegio majori libros:

— Aquinas s. Summae theologicae pars I. Venetiis, 1484, fol. (1807, legavit pro libraria theologorum, liber cum ex-

aratis in tegumentis Malleolis cum literis I. C. in scuto, signo ligatoris Joh. Cracovitae).

— — In Aristotelis Physicorum libros. S. l., 1480, fol. (1944, legavit pro libraria artistarum).

— Idem mgr. Sieprcius moriens, legavit etiam domui Collegii majoris:

— Duos cantaros stanneos altos cum bullis, duo pulvinaria et duo scrinia, majus pro conservandis leguminibus, tribus interstitiis distinctum, minus pro usu fiscariorum, totum ex platano, item lucibulare in forma coronae, pendens in medio stubae, cum 4 receptaculis candelarum, item pro usu pauperis, qui ex antiqua consuetudine in domo cibatur, unum coclear argenteum cum scutella stannea (»Regestrum supell.«):

»Anima ejus per misericordiam Dei requiescat in pace«!

Sieprski Felix artium mgr. et medicus Cracoviensis, v. Lazarides Fel. dr.

***SIEPRSKI Lucas** scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1627 artium mgr. et philosophiae dr. declaratus), expost collegiatus Collegii minoris, utriusque juris dr. et canonicus Przemyśliensis, († a. 1668?), olim possessor librorum:

— Flandriensis. In Aristotelis Metaphysicae libros. Venetiis, 1499, fol. (2443, olim x-ȝμα mgrorum Golinii et Gilewski, expost vero mgri Stryjewicz, accepit librum dono 4. I 1628 a mgro Gilewski).

— Modus legendi abbreviaturas in utroque jure. Norimbergae, 1494, 4to. (2024).

— Saxo Alb. In Aristotelis De coelo et mundo. Venetiis, 1497, fol.

(1514, olim x-ȝμα mgri Sommerfelt-Aesticampiani (!), cum ejus autographo, accepit librum in pignus amoris a. 1628 a mgro Gilewski!).

— Vocabularius utriusque juris. Norimbergae, 1496, 4to. (2023, liber una ligatus cum Modo legendi, u. s., quem in pignus amoris a. 1651 dri Burszowic donavit).

Sieradz (de) v. Siradita.

Sierp cum literis I. I. in scuto, nitidissime depictus in fronte libri, arma Nobilis scholaris Cracoviensis et librorum illuminatoris ac ligatoris: v. Jeżowski Jac. de Jeżów.

Sigillum b. Mariae (Hain 14728), v. Solitarius Honor. Augustod. (339).

Sigismundus I rex Poloniae: v. Abbanus dr. (1374); Eliacus de Alliaco (290); Lis Math. de Kraina dr.; Miechowita Math. dr.; Persius (1545); Pieczychowita Leonard. dr.; Poznanita Petr. dr.; Sacranus Joh. Jun. dr.; Schedel dr. (460); Stoefflerinus-Pflaumen (2272 et 1861 Math.).

— Aquila Sigismundi I regis, exarata a. 1541 in tegumento libri, signum introligatoris Cracoviensis: v. Carensis H. de s. Caro (1012); Introligatores de signo Aquilae Cracovienses.

Sigismundus Augustus rex Poloniae: v. Aquinas s. (1947); Eliacus de Alliaco (290); Florentinus Ant. s. (2132); Nervicius Mart.; Orlik s. Aquilinus Luc. de Orłów; Polonus Mart. (4938 Theol. pol.); Poznanita Petr. dr.; Sabinka-Regiopontanus dr.; Tarczynius Joh.; Stoefflerinus-Pflaumen (1861 Math.).

— Sigismundus Augustus (puer regius?), expressus in tegumentis librorum: v. Aquinas s. (1873); Triumphus de Ancona (2003).

Sigismundus III rex Poloniae: v. Biblia s. (2373); Kwaśniewicz M.; Oczko dr. Warszawita; Przemyśliensis Matth.; Rybkowicz Joh.

Signatus liber: v. Rhetorica (590); Sylvaticus (1513); Wels Poznanita dr.

***SIGONIUS Daniel** Stanislai Lelowiensis, scholaris (ab a. 1583) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1588 in artium mgrum inauguratus), expost collegiatus Collegii majoris, s. theologiae dr. (ab a. 1628) et professor, canonicus cathedralis Cracoviensis et a. 1626—1637 quinquies rector Universitatis Jagellonicae, († 12. VII 1638), a. 1593 possessor libri:

— Ficinus. Epistolae. Venetiis, 1495, fol.

(1257, liber cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in circulo, signo scholaris et introligatoris Cracoviensis).

***SIKORSKI Johannes** Adalberti ordin. Carmelitarum, scholaris (ab a. 1598) et artium bacc. Cracoviensis, (a. 1599 pro quartali ss. Trinitatis insignia baccalaureatus accepit), exeunte s. XVI possessor una ligatorum librorum:

— Versor. Super Aristotelis Physicorum libros. Coloniae, 1497, 4to. (200).

— — Juxta textum Aristotelis De anima. Coloniae, 1496, 4to. (201, olim κτῆμα Paeliertini, Podrzewski et aliorum).

***SIKORZYŃSKI Adalbertus Antonius** a. 1713 mansionarius Neowiśniciensis, olim possessor libri:

— Biblia s. latina. Basileae, 1487, fol. (758, prius κτῆμα bacc. Philopoei et aliorum).

***SILENTIOSUS Świętoslaus** scholaris (ab a. ?) Cracoviensis et mansionarius ecclesiae bb. V. Mariae in circulo Cracoviensi, vulgo »Milczek« nuncupatus, quia »ubique locorum et omni tempore silentium tenuit«, a grata posteritate Catalogo sanctorum et coelesti beatorum curiae adnumeratus, († 15. IV 1489), legavit »ad communem studentium usum« pro libraria theologorum Collegii majoris sequentes a. 1483 comparatos libros, hac »tamen conditione, ut si praedicator Polonorum ecclesiae s. Barbarae de eis ob librorum inopiam indigeret, tunc ex consensu doctorum, omni semota contradictione, ultro sibi ad tempus mutuari non denegetur«:

— Florentinus A. s. Summae theologicae pars I. Norimbergae, 1478, fol. maj. (537, liber cum autographo ejus in fronte).

— — Summae theologicae pars II. Norimbergae, 1477, fol. maj. (538).

— — Summae theologicae pars III. Norimbergae, 1478, fol. maj. (539).

— — Summae theologicae pars IV. Norimbergae, 1479, fol. maj. (540).

— Idem Silentiosus alias Milczek fuit etiam possessor libri:

— Sermones Thesauri novi de tempore. Ar-



Silentiosus Swięt. (Florentinus A. s., 537).

gentinae, 1480, fol. (1555, comparavit librum a. 1486, postea κτῆμα archipresbyteri ecclesiae s. Mariae in circulo Cracoviensi, dris Valthek).

Silesia v. Slesia.

Silice Monte (de) Petrus artium et medicinae dr. excellentissimus, v. Carrarius Petr.

SILIUS Italicus:

— Punicorum libri, cum commentariis Petri Marsi. Venetiis, (impensis Octav. Scoti Modoetiensis), 1493, fol., ff. nn. 155, sign. aii—əiiii, typ. rom.

Incun. *1554* (1553), cf. Hain *14741*. — A ligatore Q. de signo Aquilae bicipitis in scuto una cum Statio ligatus liber (1553—1554), cum adscriptionibus in fronte (f. 3) et in posteriore tegumento: 1. propriae manus possessoris: »Pauli Crosnensis Ruteni sum«; 2. manus dris Nic. Procopiadis: »Mgri Pauli Crosnensis Ruteni, poete elegantis, datus Vniuersitati Cracouiensi«; 3. posterioris manus: »Bibliothecae maioris Collegij Univ. Crac.«.

Pauli Crosnensis Ruteni sum.

Silivnensis praepositus, v. Latowicius Nic. dr.

Sillanus de Nigris de Papia dr., v. Rhases (1510 sqq.).

Silva nigra (de) Wernherus ordin. s. Benedicti, v. Nigrosilvanus Wernh. (1211).

Silvaticus Matthaeus artium et medicinae dr. eximius, v. Sylvaticus Matth. (1513 sqq.).

Silvester Bernhardus (Hain 14743), v. Sylvester Bernh. (8808 Theol.).

***SIMEON** vicarius, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, ab a. 1544 usus est libro:

— Paratus. Sermones de tempore et de sanctis. S. l. & a., fol. (1327).

Simeon Januensis medicus (cf. Hain 14747 sqq.): v. Serapio; Servitor; Sylvaticus.

Simia in scuto, signum scholaris et librorum ligatoris Cracoviensis: v. Simius quidam introlig.

SIMIUS quidam de signo Simiae in scuto, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis et librorum ligator, compegit inunte s. XVI libros:

— Aquinas s. (1886, olim κτῆμα ignoti possessoris, postea vero mgri Budziszowitae); Aristoteles (606, item ign. poss.).

Quorum in tegumentis Simiam suam in scuto expressit.

***SIMNIUS Paulus** Martini a Bnin, scholaris (ab a. 1540) Cracoviensis, accomodavit apud praebendarium Środanum in Bnin 15. II 1573 librum:

— Cicero. Opera philosophica. Venetiis, 1496, fol. (882, liber cum expresso in tegumentis signo introligatoris Grzymała in scuto).

SIMPLICIUS:

— Hypomnemata in Aristotelis categorias, graece. Venetiis, sumpt. Nicol. Blasii Cretensis, opera et industria Zachariae Caliergi Cretensis, 1499, fol., ff. nn. 168, sign. Aβ—Φγ, typ. graecis.

Incun. *499* (498), Hain *14757*. — Liber cum literis init. depictis, una cum Ammonio compactus (498—499), ex legato dris Czepel Poznaniae, cum exaratis in tegumentis armis ejus Korab s. a.

SINTHEN Johannes de Sinthis:

— Dicta super IIda parte Doctrinalis Alexandri Galli, diligenter (Daventriae) collecta, quae ut scolaribus necessaria, sic etiam informatoribus ac instructoribus erint utilissima. (Reutlingae), impr. per Mich. Gryffen, civem Rütlingensem, 1489, 4to, ff. nn. 104, sign. Aij—Niij, typ. goth.

Incun. *342* (341), Hain *14764*. — Liber cum literis init. depictis, una introligatus cum 2 aliis (341—343), olim κτῆμα Wratislawiensis conventus ordin. Praedicatorum (»Aus der bibliothek der Dominikaner in Breslau«).

— Composita verborum. Coloniae, s. a., impr. per Henr. Quentell, 4to, ff. nn. 32. sign. Aij—Eiiij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte mgri cum 2 discipulis, inscripta »Accipies tanti doctoris dogmata sancti«.



Incun. *205* (203), Hain *14772*. — In uno volumine compactus libellus cum 3 aliis (203—206), olim κτῆμα bacc.

Martini Poznanitae, cum delineato in anteriore parte tegumenti propria ejus manu signo ejus Strutionis pennae cum stellulis et literis M. P.

— **Verborum** deponentialium tractatus, pueris in grammatica proficere volentibus utilissimus (cf. Hain 14·791): v. Garlandiensis (206).

Siradianus Benedictus simplex frater, v. Chrzanowski Ben.

Siradianus Johannes ordin. Praedicatorum, v. Siradita Joh. fr.

***SIRADITA** »malus homo de bona Siradia«, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, emit una ligatos libros:

— **Beckenhaub.** Tabula super Sententiarum libros. S. l. & a., fol. (785).

— **Bonaventura** s. In Imum Sententiarum. (Norimbergae), s. a., fol. (786).

— — In IIdum Sententiarum. S. l. & a., fol. (787).

Cujus voluminis in tegumentis exarata Aquila biceps cum literis M. N. S. in scuto, signum introligatoris Cracoviensis, mgri Nicol. Procopiadis Szadkowii.



Siradita Franciscus de Siradia ordin. Minorum, v. Pictor Franc.

***SIRADITA Jacobus** Johannis de Sieradz, scholaris (ab a. 1510) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1515 ad gradum magisterii promotus), expost (usque ad a. 1528) collegiatus Collegii majoris, dedit ad usum mgrorum Studii generalis Cracoviensis libros:

— Albertus M. De anima. Venetiis, 1481, fol. (1651, a. 1542 una ligatus liber cum 3 sequentibus, 1649—1652).

— Biel G. Epitoma expositionis Canonis missae. Spirae, (1499), fol. (27).

— Boccatius. De praeclaris mulieribus. (Argentorati, c. 1475), fol. (1650).

— Herveus. Quatuor quodlibeta. Venetiis, 1486, fol. (1652, expost c. a. 1542 in uno volumine ligatus cum Versore, Boccatio et Alberto Magno, 1649—1652).

— Versor. Super Aristotelis Metaphysicam. (Coloniae), s. a., fol. (1649).

***SIRADITA Johannes** ordin. Praedicatorum, alias etiam Siradianus nuncupatus, dedit s. XVII fri Valeriano Grocholski librum:

— Albertus M. Liber methaurorum. (Venetiis), 1488, fol. (2382, olim κτῆμα conventus l'etrikowiensis s. Dorotheae).

SIXTUS IV papa, prius **Franciscus** cardinalis de Rovere:

— Tractatus de sanguine Christi et de potentia Dei. Nurenbergae, impr. per Fridr. Creusznер, 1474, fol., ff. nn. 97 (!), sine sign., typ. goth.



Incun. *1990.* Hain *14·798.* — Liber cum literis init. depictis (lit. C. in fronte, item sequentes C. et Q. nitidissime depictae), una ligatus cum 2 aliis (1990—1992), quondam κτῆμα dris Stan. Biel Neopolitani, cum exarato in tegumentis signo introligatoris, Aquila cum corona in scuto.

— Bulla confirmans Confraternitatem hospitalis s. Spiritus in Saxia a. Dni 1477 duodecima Kalend. Aprilis. S. l. & a., (Romae), 4to, ff. nn. 4, sine sign., typ. goth.

Incun. *104,* cf. Hain *14·810 & 14·811.* — Ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Bulla confirmans Confraternitatem hospitalis s. Spiritus in Saxia a. Dni 1477 duodecima Kalend. Aprilis. S. l. & a., (Romae), 4to, ff. nn. 4, sign. aii, typ. goth., cum litera init. S. florent.

Incun. *105,* cf. Hain *14·810 & 14·811.* — Bulla temporibus dris Muczkowski de nova vestita.

— v. Augustinus s. (6522 e. Theol.); Nannis (355); Terrassis (9772 Theol.); Vetesius; Zerbus (1049 sqq.).

Sixtus Erasmus de Leopoli, artium mgr. et medicus Cracoviensis: v. Leopolita Erasm. Sixtus dr.

Skałka Kazimiriae ad Cracoviam. icon xylogr.: v. Cracovia; Valent. fr. (294 Kalend.).

Skalmirienses v. Skarbimirienses.

Skalska Kunegunda Wojciechowa v. Biblia s. (758).

Skarbimierz a. 1592, v. Biblia s. latina (2373).

Skarbimirienses canonici: v. Borecki Alb. dr.; Pieczychowita Leonard. de Pieczychosty dr.

Skarbimirienses vicarii perpetui: v. Borkowita Math.; Urzędowius Fel.

***SKARBIMIRIENSIS Jacobus** scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, ineunte s. XVI possessor in uno volumine ligatorum librorum:

— **Vernia.** Quaestio de philosophiae naturalis subjectio. (Lipsiae), s. a., fol. (1622).

— Versor. In Veterem artem Aristotelis. Coloniae, 1497, fol. (1620).

— — Super libros Novae logicae Aristotelis. Coloniae, 1497, fol. (1621, omnes a. 1504 κτῆμα Fr. Lublinensis, expost vero Joh. Tarczynii).

Skarbimiriensis scholasticus v. Orlik Luc. alias Aquilinus de Orłów.

Skawina Petrus executor testamenti dris Koczwara de Pyzdry, v. Augustinus s. (632 & 899).

***SKI Albertus** scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, s. XVI possessor libri:

— Bertachinus. Repertorium juris, pars II. Venetiis, 1494, fol. maj. (737).

Skirniewicensis canonicus v. Klepardiensis Jac. medicus.

***SKROBKOWICZ Johannes Ludovicus** Cracovita, scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1620 artium mgr. et philosophiae dr. renunciatus), expost collegiatus Collegii minoris ac demum monachus ordin. Minorum de observantia, vulgo Bernardinorum, († a. 1659), quondam possessor una ligatorum librorum:

— Expositiones textuales in Aristotelis libros. Coloniae, 1497, fol. (2198).

— Montanus L. Circa Aristotelis libros De anima. Coloniae, 1498, fol. (2197, ambo expost κτῆμα Jac. Piotrowicki).

***SKULSKI Stanislaus** scholaris (ab a. ?) Cracoviensis et altarista Łomżensis, s. XVI possessor in uno volumine ligatorum librorum:

— Modus legendi abbreviaturas in utroque jure. Spirae, s. a., fol. (721).

— Theramus. Consolatio peccatorum. S. l., 1484, fol. (722, ambo olim κτῆμα Job Marci Żnenensis, expost vero a. 1590 bacc. Balth. Żnenensis, ac tandem »Bibliotecae Collegii majoris«).

Slavicae literae v. Majus Jun. (1824).

— Slavicis literis Cracoviae impressus liber, v. Triod (2051).

Slavis habitatio quondam sterilis Lipsia, v. Wimpina Conr. (777 Paedag.).

***SŁAWOSZEWSKI Johannes** scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, usus est s. XVIII libro:

— Tunger. Epitomata sive reparationes logicae. Coloniae, 1496, 4to. (2019, olim κτῆμα bacc. Borkeman Marieburgensis, expost aliorum).

Ślepowron arma Nobilis et Generosi librorum possessoris, v. Miroszowski Christ.

ŚLEPOWRON quidam (Ślepowron?), scholaris (ab a. ?) Cracoviensis et librorum ligator de signo Ślepowron in rhombo, compegit exeunte seculo libros:

— Biblia s. latina (1000 & 1501, ambo olim κτῆμα dris Petri Świętopełk de Zembrzyce).

Quorum in tegumentis suum Slepowron (?) in rhombo expressit.

Slesia-Silesia: v. Biel G. (6830 Theol.); Schedel dr. (460); Stoefflerinus-Pflaumen (1861 Math.); Viaticum Wrat.

ŚLIWNICKI Mathias Nobilis de armis Korab, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, expost praepositus Poznaniensis et Gneznensis ac archidiaconus Kalissiensis, († a. 1551), olim possessor libri:

— Decisiones rotae romanae. (Romae, 1483), fol. (1764, quondam κτῆμα Math. Gościeszycki, liber cum delineatis propria manu possessoris Śliwnicki armis ejus Korab cum literis M. S. V. D. C. F.).

— Idem Śliwnicki adscripsit propria manu ff. 4 vacuis ad calcem hujus libri:

— Decisionem in eum effectum, utrum habens bona obligata in certa summa in vim reemptionis possit praesentare, omisso vero herede bonorum?

***SŁOSKOWSKI Adamus** Lucae Rzeszowius, alias etiam Słoskowius aut Słuszkowski nuncupatus, scholaris (ab a. 1600) et artium mgr. Cracoviensis, (7. I 1609 artium mgr. et philosophiae dr. declaratus), expost collegiatus Collegii minoris, praepositus ecclesiae s. Adalberti in circulo Cracoviensi, senior scholae in arce Cracoviensi et canonicus Przemyśliensis, († a. 1642?), s. XVII possessor libri:

— Modus legendi abbreviaturas in utroque jure. Norimbergae, 1494, 4to. (202, olim κτῆμα notarii Wrzeszcz et aliorum).

Słupcensis Adam de Słupcza, artium mgr. et canonista Cracoviensis: v. Roszczewicz Ad. dr.

***SŁUPCENSIS-KOWALOWITA Johannes** Nicolai de Słupcza alias de Kowale, scholaris (ab a. 1429) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1434 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii majoris, plebanus (ab a. 1440) Ilkussiensis, dr. et professor s. theologiae, plebanus ecclesiae s. Nicolai extra muros Cracovienses, canonicus cathedralis Crac. et a. 1452—1477 ter rector Universitatis Jagellonicae ac Studii generalis vicecancellarius, († 2. VIII 1488), donavit librariae theologorum librum:

— Augustinus s. Confessionum libri. S. l. & a., fol. (631, comparavit librum a. 1470 pro 2 flor. ung., adhuc vivente s. patrono, mgro Johanne Waciega de Kanty!).

Słuszkowski Adam artium mgr. Cracoviensis, v. Słoskowski Ad.

Smichnia panna v. Schedel dr. (460).

Smogorzewiensis Valentinus artium mgr. et medicus Cracoviensis, v. Fontanus Val. dr.

Smolenscensis fürst und herzog von Weiss-Reussen, v. Fedor s. Fedur.

Snejna (de) alias de Żnin, v. Żnenensis.

***SOBEK Sigismundus** Nobilis de armis Brochwicz alias Cervi, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, expost canonicus cathedralis Crac., († a. 1542), a. 1533 possessor libri:



— Summenhart. Septipertitum opus de contractibus. Hagenow, 1500, fol. (8139 Theol., liber cum exaratis in antiriore tegumento armis ejus Brochwicz in scuto).

Sobieski Johannes III Nobilis de armis Janina, scholaris (ab a. 1640) Cracoviensis, expost rex Poloniae, a. 1683 ad liberandam ab obsidione turcica Viennam discessurus: v. Dąbrowski Alb. dr.

Sobota Johannes de Sobota, a. 1521 altarista ad s. Martinum extra muros Poznanienses: v. Spinaeus Alph. dr. (217).

Sobota Michael Bledz de Sobota, v. Spinaeus Alph. dr. (217).

SOCCUS ordin. Cisterciensis, aliter etiam Succus dictus:

— Sermones notabiles valde de sanctis, exornati de flosculis Mellifluidris s. Bernardi. Argentinae, a sagaci viro Joh. de Grüningen diligenter elaborati, 1484, fol., ff. nn. 192, sign. a_2—R_4, typ. goth.

Incun. *1551*, Hain *14826 II.* — Liber cum literis init. depictis (lit. V. in fronte nitidissime depicta et deaurata), olim cum alio una ligatus (alter hic vero in fronte postea exsectus), cum typis exaratis adscriptionibus in anteriore tegumento: 1. »Ex bibliotheca fr. ordin. Praedicatorum Wratislaviae ad s. Adalbertum«; 2. »Aus der bibliothek der Dominikaner zu Breslau«.

Sochy (de) Petrus s. XVI libri possessor, v. Serafinek Petr.

SOCINUS Marianus de Sozinis de Senis, clarissimus juris utriusque dr. et professor Patavinus, excellentissimus juris consultus et juris utriusque monarcha:

— Solennis et utilis repetitio c. fraternitatis de testibus. Pisciae, impr. impensis Sebastiani et Raphaelis de Orlandis. 1489, fol. maj., ff. nn. 13, sign. aij—biiij, typ. goth.

Incun. *1485* (1471), Hain *14861.* — Una cum 19 aliis compactus libellus (1471—1490), ex legato mgri Sommerfold-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte.

Socrates v. Cassiodorus M. Aur. (1039).

Sodomi v. Schedel dr. (460).

Sojka A. a. 1486 et 1493 (inquisitio contra eum manu scripta), v. Formularium (958).

***SOKOLIŃSKI-DRUCKI Johannes Kazimirus** de Druck, s. XVII scholaris Cracovienis, usus est libro:

— Herveus. Quatuor quodlibeta. Venetiis, 1486, fol. (2469, liber ex legato dris Petri Świętopełk, expost κτῆμα bacc. Stan. Ostrowski?).

Soldus Johannes Chrysostomus commentor praeclarissimus, v. Sallustius C. Cr. (2248).

***SOLIDUS Johannes** Solidi Cracovita, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, s. XVI possessor librorum:

— Argentinensis Th. Scripta super Sententiarum libros, I—II. (Argentinae, 1490), fol.

(1726, olim κτῆμα dris Gostynini, legatum ab eo »pro libraria theologorum Collegij maioris artistarum«!).

— Lullus. De laudibus b. V. Mariae. Parhisii, 1499, fol. (1455).

SOLINUS Cajus Julius polyhistor:

— De mirabilibus mundi seu rerum memorabilium collectaneae. Brixiae, impr. per Jac. Britannicum, 1498 (MCCCCIIC), fol., ff. nn. 6 et num. 33, sign. Aij—eiiii. typ. rom., cum litera init. S. in fronte textus xylogr.

Incun. *2250*, Hain *14883*. — Quondam κτῆμα »Dris Gregorij (Stawiszynij) a Stavijschija, custodis s. Floriani«, expost »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«, s. XIX iterum vestitum.

Solio (de) Albertus Ungarus, scholaris Cracoviensis: v. Vetuzoliensis Alb.

SOLITARIUS Honorius presbyter Augustodunensis:

— De imagine mundi. S. l. & a., (secundum P. G. Reichhartum o. s. B. Norimbergae, impr. Ant. Koburger, 1471), fol. min., ff. nn. 46, sine sign., typ. goth.

Incun. *1334* (1332), cf. Hain *8800*. — Una cum 3 aliis compactus libellus (1332—1335), olim κτῆμα mgri Stan. Białkowski, »emptus 1 fl. vungaricali«.

— — Item, s. l. & a., (Norimbergae, impr. Ant. Koburger. 1471), fol. min., u. s.

Incun. *2208*, cf. Hain *8800*. — Exemplar cum literis init. depictis, s. XIX iterum vestitum, olim κτῆμα Collegii majoris.

— De praedestinatione et libero arbitrio. S. l. & a., (teste P. G. Reichharto o. s. B. Norimbergae, impr. Ant. Koburger, c. 1471), fol., ff. nn. 39, sine sign., typ. goth.

Incun. *1414* (1413), cf. Hain *8801*. — Libellus cum literis init. depictis, in uno volumine cum Paulo Burgensi compactus (1413—1414, tertius in fronte, equidem »Honorius De ymagine mundi«, olim etiam una ligatus, postea exsectus), quondam κτῆμα Collegii majoris.

— Solennis et devota expositio in librum Salomonis, qui dicitur Cantica canticorum, una cum Sigillo b. Virginis Mariae. S. l. & a., (Coloniae), 4to, ff. nn. 151, sign. Aiij—Fiij, typ. goth.

Theol. *5576*, Hain *8802*. — In fronte libri manu mgri Nic. Procopiadis: »Dris Mathie (Kostensis) a Costen, viri egregie docti, pro Collegio Cracoviensi legatus«.

— — Item, s. l. & a., (Coloniae), 4to, ff. nn. 41 (medium i. e. cap. II—IV desiderantur), sign. Aiij—Fiij, typ. goth.

Incun. *340*, cf. Hain *8802*. — Liber s. XIX iterum vestitus, quondam κτῆμα Collegii majoris.

— — Item, Honorius In Cantica canticorum, 4to.

Incun. *?*, Hain *?* — Ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, olim una ligatus liber



cum Bury de Bury et 4 aliis libris (192—195), cum ejus autographo in fronte voluminis, posteriore antem tempore exsectus, hodie desideratur.

— Sigillum b. Mariae, ubi exponantur Cantica canticorum, (cum subscriptione in fine impressa: »Explicit expositio hono| rij super cantica canticoꝝ|«). S. l. & a., (Coloniae?), 4to, ff. nn. 110, sign. Ai—Qiij, typ. goth.

Incun. *339*, cf. Hain *14728*. — Liber recenter vestitus, quondam cum 3 aliis una compactus, olim κτῆμα Collegii majoris.

***SOŁKOWSKI Lucas** (a. 1592) & **Andreas** canonicus Sandomiriensis (s. XVII), scholares (ab a. ?) Cracovienses, successive possessores libri:

— Herbipolensis. Psalterium. (Basileae), 1497, 4to. (160, olim κτῆμα Brictii Łuszczewii, expost vero bacc. Sułkowski ac tandem bibliothecae Collegii majoris!).

Sommen (de) Andreas artium mgr. et theologus Cracoviensis, v. Stargardiensis Andr.

SOMMERFELD-AESTICAMPIANUS Johannes Mathiae Lusatus, civis de signo Semirotae seu Ossoriae, scholaris (ab a. 1479) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1485 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii majoris, bacc. s. theologiae, canonicus ecclesiae collegiatae s. Floriani Klepardiensis et extraordinarius in facultate theologica lector, a posterioribus erronee Rhagius nuncupatus, († 22. X 1501):

— Brevis commentatio in Petri Heliae Grammaticam, ded. Johanni Haunold, Wratislawiensi et Legnicensi canonico, adolescenti patritio atque ingenuo discipulo suo, dd. Cracoviae 17 Kalendas Junias a. 1497: v. Helias (2859 Gramm.).

— Libanii Graeci Epistolae, cum adjectis Joh. Sommerfeld argumentis et

emendatione et castigatione: v. Libanius Graec. (?, hodie desideratur).

— Epigramma mgri Aesticampiani in Quinque Ciceronis Tusculanarum quaestionum libros (manu scriptum): v. Cicero (2420 sq.).

— Quaestiones: 1. Utrum fata inevitabilia eveniant? 2. Utrum melius a lege an a bono viro gubernari (manu scriptae): v. Cursus optim. quaest. (2433).

*SOMMERFELD-AESTICAMPIANUS Johannes artium mgr. et theologus Cracoviensis, qui supra, legavit pro libraria theologorum Collegii majoris libros (omnes a. 1508 bibliothecae in Collegio majori incorporati):

— Abbanus dr. Expositio Problematum Aristotelis. (Venetiis), 1482, fol. (1699, liber cum ejus autographo).



— Accoltus. Commenta super aliquibus tit. Decretalium. Venetiis, 1495, fol. (1489).

— Albertus M. Aureus liber metaphysicae. Venetiis, 1494, fol. (2380, liber cum ejus autographo).



— — De adhaerendo Deo nudato. (Ulmae), s. a., fol. (1838).

— — Postilla in Evangelium s. Johannis. (Coloniae, 1471), fol. (419).

— — Opera ad logicam pertinentia. Venetiis, 1494, fol. (2123).

— — De anima libri. Venetiis, 1494, fol. (2112).

— — De coelo et mundo. Venetiis, 1495, fol. (2109).

— — Liber Methaurorum. Venetiis, 1494, fol. (2111).

— — De generatione et corruptione. Venetiis, 1495, fol. (2110).

— — De physico audito libri. Venetiis, 1494, fol. (2108).

— — De mineralibus. Venetiis, 1495, fol. (2113).

— Alvarotus. Super §. Si pacto. Papiae, 1495, fol. (1477).

— Ambrosius s. Opera, II. Basileae, (1492), fol. (479).

— Andreae A. Scriptum super Logica Aristotelis. Venetiis, 1480, fol. (517).

— Appianus Al. De bellis civilibus. Regii, 1494, fol. (2216).

— — Historia, nimirum libri Lybicus &c. (Regii), 1495, fol. (2217).

— Apulejus. Asinus aureus. Vicentiae, 1488, fol. (565).

— Aquinas s. De veritate cathol. fidei. Venetiis, 1480, fol. (1880).

— — Quaestiones de veritate. Coloniae, 1475, fol. (1888, liber cum exarato in tegumentis Lis in scuto, signo introligatoris Cracoviensis, mgri Valent. Pilznensis).

— — Summae theologicae pars I. Venetiis, 1489, fol. (1898).

— — Summae theologicae pars III. Venetiis, 1493, fol. (1912).

— — Scriptum super Sententiarum libros. Basileae, 1492, fol. (1948).

— — Super IIItio Sententiarum. (Coloniae), 1476, fol. (1928).

— — Commentaria in libros Perihermenias. (Venetiis), 1496, fol. (514).

— — Interpretatio in Aristotelis Metaphysicam. Papiae, 1480, fol. (1387).

— — Tractatus de natura universalis. S. l. & a., 4to. (17, liber cum ejus autographo).



— Aretinus Leon. Epistolae familiares. S. l. 1495, fol. (951).

— Ariminensis G. Lectura Imi Sententiarum. Parisius, 1482, fol. (847).

— — Scriptum super IIdum Sententiarum. (Mediolani), 1494, fol. (848).

— Aristoteles. Opera, I1 & III. Venetiis, 1483, fol. (662).

— — Opera, 12. Venetiis, 1483, fol. (1717).

— — Opera, II1. Venetiis, 1483, fol. (1718).

— — Opera, II & III. Venetiis, 1483, fol. (2103).

— — De generatione et corruptione. Patavii, 1480, fol. (603, liber cum ejus autographo).



— Augustinus s. Opuscula. Argentinae, 1489, fol. (2097).

— — Opus quaestionum. Lugduni, 1497, fol. (1037).

— — Sermones de clericorum vita. Paduae, 1484, 4to. (6522e. Theol.).

— Avicenna. Canonis libri V. Venetiis, 1482 & 1483, fol. maj. (1713).

— — Cantica. Venetiis, 1484, fol. maj. (1714).

— — Opus de anima. Papiae, s. a., fol. (1710).

— Balbus H. Epigrammata. (Lipsiae), s. a., 4to. (189).

— Barbarus. Castigationes Plinianae. (Romae, 1493?), fol. (1360).

— Barbatia. Repetitio legis. Bononiae, 1492, fol. maj. (1487).

— Beckenhaub. Tabula super libros Sententiarum. S. l. & a., fol. (782).

— Bellovacensis. Speculum doctrinale. Venetiis, 1494, fol. (1600, liber cum exarato in tegumentis Falcone in circulo, signo scholaris et introligatoris Cracoviensis, Falconis).

— — Speculum historiale. Venetiis, 1494, fol. (1611, item cum exarato in tegumentis Falcone in circulo, u. s.).

— — Speculum morale. Venetiis, 1493, fol. (1599, item cum exarato in tegumentis Falcone, u. s.).

— — Speculum naturale. Venetiis, 1494, fol. (1598, item cum exarato in tegumentis Falcone in circulo, signo libri ligatoris, u. s.).

— Bergomensis. Tabula super s. Aquinatis opera. Venetiis, 1497, fol. (1960).

— Bernardus Clar. Sermones de tempore. Basileae, 1495, fol. (733).

— Bessarion. Adversus calumniatorem Platonis. Romae, (1469), fol. (760).

— Biblia s., pars I. (Venetiis, 1495), fol. maj. (6729 Theol.).

— — pars III et IV (?, Basileae, 1495), fol. maj. (6765 Theol.).

— Biel G. Expositio Canonis missae. (Tubingae), 1499, fol. (1735).

— Blanchellus. Quaestiones de primo et ultimo instanti. Ferrariae, 1492, fol. (983, in uno volumine compactus cum 4 aliis libris, cum Columna, Gandavo, Cremonensi et Linconiensi, item cum exarata in tegumentis Aquila sine corona in circulo, signo introligatoris).

— Blondus. Historiarum romanarum decades. Venetiis, 1484, fol. (759).

— Boëthius. Opera. Venetiis, 1491/92, fol. (1739).

— Bolognínus. Repetitio in famoso §. Bononiae, 1490/91, fol. maj. (1488).

— Bonaventura s. Opuscula, pars II. Argentinae, 1495, fol. min. (2160).

— — In IIdum Sententiarum. S. l. & a., (Friburgi, c. 1493), fol. (784).

— — In IIItium Sententiarum. (Friburgi), s. a., fol. (788).

— — In IVtum Sententiarum. (Friburgi), s. a., fol. (789).

— — In Imum Sententiarum librum. S. l. & a., (1493), fol. (783).

— Bricot. Cursus super logicam. (Basileae), s. a., fol. (801).

— — Cursus super philosophiam. (Basileae), s. a., fol. (800, liber cum ejus autographo).



— Burlaeus. Super Veterem artem. Venetiis, 1492, fol. (516).

— Bury. Philobiblion seu de amore librorum. Coloniae, 1473, 4to. (192).

— Butrius. Repetitio de notabili c. Papiae, 1494, fol. maj. (1475).

— Campegius. De dote et dotis. Venetiis, 1491, fol. maj. (1471).

— Capreolus. In Sententiarum libros, vol. II. Venetiis, 1483, fol. (2422, volumen cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in eclipsi, signo scholaris et introligatoris Cracoviensis).



— Cassiodorus. Expositio in Psalterium. Basileae, 1491, fol. (2183).

— Castellioneus. Repetitio super l. Papiae, 1494, fol. maj. (1478).

— Castello. Tractatus syndicatus. Senis, 1493, fol. maj. (1486).

— Casus longi super Instituta. S. l. & a., fol. (858, liber cum ejus autographo »Sommerfelt sum«).

— Cazzalupus. Repetitio legis. Bononiae, 1493, fol. maj. (1483).

— — De modo studendi et vita doctorum. Bononiae, 1493, fol. maj. (1484).

— Chrysostomus s. Homiliae in Evangelium s. Matthaei. Coloniae, 1487, fol. (896).

— Cicero. Orationes Philippicae. Vicentinae, 1488, fol. (566).

— — De legibus. S. l. & a., fol. (1270).

— Clavasius. Summa Angelica. Argentinae, 1495, fol. (8138 Theol.).

— Colatius. Libellus de verbo et genere dicendi. Venetiis, 1486, 4to. (39).

— Columna. Quaestio de materia coeli. Paduae, 1493, fol. (981, una ligatus liber cum Blanchello).

— — Super Imo Sententiarum. Venetiis, 1492, fol. (2426, liber cum ejus autographo).



— — Theoremata de hostia. Coloniae, 1490, 4to. (6522a. Theol.).

— Constantiensis. Glossae ex illustr. auctoribus. (Augustae Vindel., 1474), fol. maj. (1507).

— Cremonensis. In lmum Posteriorum Aristotelis. Venetiis, 1497, fol. (980, una ligatus liber cum Blanchello).

— Cursus optimarum quaestionum ad mentem Joh. D. Scoti. (Coloniae), s. a., fol. (2432, liber una compactus cum 2 Cursibus sequentibus, cum autographo possessoris et distiche in fronte, manu ejus adscripto:

Johannis Sommerfeld sum

Non sum, qui fueram, periit pars maxima [nostri,
Hoc quoque, quod superest, langnor et horror [habent.

— — optimarum quaestionum. (Coloniae), s. a., fol. (2431, item cum ejus autographo in fronte).

Johannis Sommerfelt sum

— — optimarum quaestionum. (Coloniae), s. a., fol. (2433, liber cum adscriptis ad calcem propria possessoris manu Quaestionibus: »Questio 1: Vtrum fata inevitabilia eveniant?; Questio ij: Vtrum melius a lege, an a bono vire gubernarj«?

— Curtius Fr. Commentum tituli C. de jurejurando. (Papiae), s. a., fol. maj. (1479).

— — Commentum in leg. L. XII. S. 1. & a., fol. maj. (1474).

— Cusa. Opuscula varia. S. l. & a., fol. (897).

— Dares. Historia Trojana. (Lipsiae, c. 1498), 4to. (42, liber cum ejus autographe).

Johannis Sommerfelt sum

— Dionysius. Antiquitatum romanarum libri. Tarvisii, 1480, fol. (1183, item liber cum ejus autographo).

Johannis Sommerfelt sum

— Eschuid. Summa astrologiae judicialis. Venetiis, 1489, fol. (2441, liber cum ejus autographo).

Johannis Sommerfelt et Herrampatum sum:

— Eusebius. De evangelica praeparatione. Venetiis, 1497, fol. (952).

— Faber de Werdea. Exercitatio Parverum logicalium. (Reutlingae), 1487, fol. min. (1099).

— Fastoli. Decisiones dnorum de rota romana. Venetiis, 1491, fol. (412).

— Ferrariensis. De coelesti vita. Venetiis, 1494, fol. (1121).

— Ferrarius Th. Propositiones ex Aristotelis philosophiae libris. Venetiis, 1493, 4to. (256).

— Festus. De verborum significationibus. Brixiae, 1483, fol. (1302, in uno volumine compactus cum Ovidio sequenti).

— Ficinus. Commentaria in Platonem. Florentiae, 1496, fol. (1737).

— Gandavus. Super Aristotelis Physicorum libros. Venetiis, 1488, fol. (979, una ligatus liber cum Blanchello).

— Geminianus N. Tractatus de bannitis. Mediolani. 1493, fol. maj. (1490).

— Gerson. De laudibus scriptorum. (Coloniae), s. a., 4to. (193).

— Gorichem. Quaestiones in s. Aquinatem. (Esslingae, 1473), fol. maj. (1009, liber cum exarato in dorso Lis in scute, signe introligatoris, mgri Valent. Pilznensis).

— Gratiadei A. In Aristotelis Veterem artem. Venetiis, 1493, fol. (515).

— Gregorius M. Homiliae. Venetiis, 1493, 4to. (5542a. Theol.).

— — Dialogorum libri. Venetiis, 1492, 4to. (5542b. Theol.).

— — Moralia. Basilcae, 1496, fol. (2056. liber cum exarato in tegumentis Falcone, n. s. sub Bellovacense, item cum exarata ibidem Aquila sine corona in quadrato, n. i. sub Turrecremata).

— — Pasteralis. Venetiis, 1492, 4to. (5542c. Theol.).

— Greve. Utilis repetitio §. Si quis librum. Lipsiae, 1498, 4to. (50, opusculum cum ejus autographe).

Johannis Sommerfelt sum

— Halesius. Summa theologiae, I. Norimbergae, 1482, fol. maj. (2079).

— — Summa theologiae, II. Norimbergae. 1481, fol. maj. (2462).

— — Summa theologiae, IV. Norimbergae. 1482, fol. maj. (458).

— Hemmerlin. Variae oblectationes. (Basileae, 1497), 4to maj. (1036).

— Herveus. De intentionibus. (Venetiis), s. a., 4to. (6522d. Theol.).

— Hesiodus. Georgicorum liber, e graeco

Johni Sommerfelt sum

conversus. Daventriae, 1492, 4to. (184, liber cum ejus autographe).

— Hibernicus Th. Manipulus florum Venetiis, s. a., 4to. (282, in uno volumine ligatus cum Majronio, cum exarata in tegumentis Aquila sine corona in circulo, n. s. sub Blanchello).

— Hieronymus s. Opera. Venetiis, 1497/98, fol. (1023).

— Hoglandiensis. Sermones super Cantica. Florentiae, 1485, fol. (1207).

— Innocentius III. De miseria humanae conditionis. (Norimbergae), 1477, fol. (1042).

— **Justinus. Epitome historiarum. Venetiis,** 1479, fol. (1184).

— **Luctus.** Romanae historiae compendium. Venetiis, 1499, 4to. (186).

— **Leo I & Magnus papa.** Sermones Venetiis, 1485, fol. (1206).

— Lincoiensis. In libros Posteriorum Aristotelis. Venetiis, 1497, fol. (982, una compactus liber cum Blanchello).

— Lucanus M. A. Pharsalia. Brixiae, 1486, fol. (1214).

— Lyranus. Postilla, pars II. (Argentinae, 1492), fol. (755).

— **Macer.** De virtutibus herbarum. Neapoli, 1477, fol. (1269).

— **Macrobius.** In Somnium Scipionis. Brixiae, 1485, fol. (1431, in uno volumine compactus cum Philelpho sequenti).

— Majno. Oratio in matrimonium Maximiliani. Basileae, 1493/94, 4to. (71).

— Majronius. Sermones de sanctis. Basileae, 1498, 4to. (281, una ligatus liber cum Hibernici Manipulo florum).

— — Scriptum Imi Sententiarum. Basileae, 1489, fol. (1949).

— **Mancinus.** De quatuor virtutibus. (Lipsiae, 1488), 4to. (257).

— **Manilius.** Astronomicon. Romae, 1484, fol. (1543).

— **Mantuanus J. B.** Ad Lodov. Gonzalem panegyricum carmen. Bononiae, 1489, 4to. (185).

— Middleton. Super IVto Sententiarum. (Venetiis), 1499, 4to. (315).

— Modus legendi abbreviaturas in utroque jure. Argentinae, 1487/88, fol. (1882).

— **Mugellanus.** De regulis juris. Pisciae, 1492, fol. (1268).

— Naunis. Commentaria super opera diversorum auctorum. Romae, 1498, fol. (1119).

— Nonius. De proprietate latini sermonis. Brixiae, 1483, fol. (1300, in uno volumine compactus cum Ovidio).

— Ockamus. Dialogorum libri. (Lugduni, 1494), fol. (1835).

— — Quodlibeta septem. Argentinae, 1491, fol. (1837).

— — In Sententiarum libros. Lugduni, 1495, fol. (2068).

— — Super potestate Summi pontificis. Lugduni, 1496, fol. (898).

— Oratio et epigrammata in Mars. Ingenuum. S. l., 1499, 4to. (6522 f. Theol.).

— Ovidius. Fastorum libri. Venetiis, 1482, fol. (1299, liber una compactus cum 3 aliis, cum autographo et monogrammate mgri Sommerfeld-Aesticampiani, item cum exaratis in tegumentis voluminis signis introligatorum: Leone in scuto Joh. Lwowecensis, Aquila sine corona

in circulo et Aquila sine corona in scuto, signis aliorum ligatorum).

— Palatius. Super statuto, quod extantibus masculis foeminae non succedant. (Papiae), s. a., fol. maj. (1481).

— Paludanus de Palude. Scriptum in IVtum Sententiarum. Venetiis, 1493, fol. (2497, liber cum ejus autographo).



— Panormitanus. Super IIdo Decretalium. Romae, 1480, fol. (402).

— Perillius. Repetitio l. de liberis et posthumis. Senis, 1494, fol. maj. (1472).

— Philelphus Fr. Epistolarum libri. Brixiae, 1485, fol. (1430, in uno volumine compactus liber cum Macrobio, cum autographo et monogrammate possessoris in anteriore tegumento, item cum exaratis in tegumentis Leone in scuto, signo Joh. Lwowecensis, et Aquila sine corona in circulo, signo alius scholaris et librorum ligatoris Cracoviensis).



— Phocylides. Poëma Nutheticon. S. l. & a., 4to. (6522 b. Theol.).

— Politianus. Omnia opera. Venetiis, 1498, fol. (2101).

— Polybius. Historiarum libri. Venetiis, 1498, fol. (1120).

— Pontanus J. J. De aspiratione liber. Neapoli, 1481, fol. (1736).

— Probus V. De interpretandis Romanorum literis. Venetiis, 1499, 4to. (187).

— Quaestiones super Aristotelis Metheororum libros. S. l. & a., fol. (1881).

— Quintilianus. Declamationes. Parmae, 1494, fol. (1452).

— Reginaldetus. Speculum finalis retributionis. Lugduni, 1494, 4to. (5542d. Theol.).

— Regnerus. Casus longi Sexti et Clementinarum. (Argentinae), 1488, fol. (857).

— Rhetoricae liber novus. Coloniae, 1484, fol. (613, liber cum ejus autographo). 

— Roxiatus. Dictionarium juris civilis. S. l. & a., fol. (411).

— Salicetus B. Repetitio super l. Semel mora. Senis, 1495, fol. maj. (1473).

— Saxo L. Expositio in Psalterium. S. l. & a., (1491?), fol. (734).

— Scotus J. D. Scriptum in Sententiarum libros, I—IV. Venetiis, 1490, fol. (1521, liber una compactus cum 2 Scotis sequentibus, 1519—1521).

— — Quodlibeta quaestionum. (Venetiis, c. 1490), fol. (1520).

— — In Aristotelis Metaphysicam. Venetiis, 1497, fol. (1533).

— — Tabula operum. (Venetiis), s. a., fol. (1519).

— Scotus M. In auctorem Sphaerae. Bononiae, 1495, 4to. (6522 c. Theol.).

— Scriptores historiae Augustae. Venetiis, 1490, fol. (1175).

— Scriptores rei rusticae. Regii, 1482, fol. (864, a. 1797 ⁊c. Josephi Bogucicki!).

— Sobundius. Viola animae. Coloniae, 1499, 4to. (316, liber cum ejus autographo). 

— Secundinus. De familia Autumanorum. S. l. & a., 4to. (195).

— Seneca. Tragoedinae. (Ferrariae, c. 1484), fol. (1542).

Z. litera initialis depicta et deaurata: v. Balbus Joh. (1011); Sylvaticus M. M. dr. (1513).

ZABARELLA Franciscus de Zabarellis, eximius decretorum dr. et professor Bononiensis, juris utriusque dr. consultissimus et consummatissimus, s. romanae ecclesiae cardinalis dignissimus, alias etiam Sambarella dictus:

— Lectura super Clementinis. Venetiis, impr. exactissima diligentia per Joh. Magnum de Selgenstat, 1481, fol. maj., ff. nn. 215, sign. a—E$_6$, typ. goth.

Incun. *925* (924), Hain *16·252*. — Una cum Duranto compactus liber (924—925), ex legato dris Czepel Poznanitae.

— — Item. Venetiis, impr. per Joh. Magnum de Selgenstat, 1481, fol. maj., u. s.

Incun. *1314* (1312), Hain *16·252*. — Exemplar in uno volumine ligatum cum Panormitano et Clemente V (1312—1314), quondam κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Consilia, responsiones allegationesque, cum tribus distichis Cillenii Pisciensis. Pisciae, impr. impensis Bastiani et Raphaelis, filiorum Jacobi de Orlandis de Piscia, 1490, fol. maj., ff. nn. 122, sign. a—Cv, typ. goth.

Incun. *1320* (1318), Hain *16·258*. — Liber una compactus cum 2 Panormitanis (1318—1320), item ex legato dris Nicolai Czepel.

— Consilia, responsiones allegationes-

que. Mediolani, impr. impensa Joh. de Signano Mediolanensis et mgri Uldarici Scinzenzeler, 1496, fol. maj., ff. nn. 103, sign. Aij—vij, typ. goth.

Incun. *709* (707), Hain *16·260*. — In uno volumine cum Cepolla et Butrio compactus liber (707—709), item ex legato dris Czepel. »Cuius animam Dnus Deus habeat«!

***ZĄBICIUS Martinus** de Zȯbiki ordin. s. Spiritus conventus Cracoviensis, emit exeunte s. XV pro 2 flor. una ligatos libros:

— Bonifacius VIII. Sextus Decretalium. Spirae, 1481, fol. (903).

— Clemens V. Constitutiones. Spirae, 1481, fol. (904, ambo expost xₓₜₒ Cracoviensis conv. s. Spiritus).

Zaborowius Johannes Świncensis, artium mgr. et theologus Cracoviensis: v. Zaborowski Joh.

***ZABOROWSKI Jacobus** scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, »bonus homo«, usus est a. 1550 in uno volumine ligatis libris:

— Brack. Vocabularium. S. l., 1487, 4to. (349).

— Sulpitius. Grammatica. S. l., 1486, 4to. (348, ambo postea xₓₜₒ archipresbyteri dris Valthek).

***ZABOROWSKI Johannes** Świncensis, vulgo Zaborowius appellatus, scholaris (ab a. ?) et artium mgr. Cracoviensis, (7. I 1586 in mgrum artium et philosophiae drem promotus), expost collegiatus Collegii majoris, s. theologiae bacc., sententiarius in facultate theologica et praepositus ecclesiae collegiatae s. Annae Cracoviensis, († a. 1622?), legavit bibliothecae Collegii majoris una ligatos libros:

— Maillardus. Sermones de adventu et quadragesimales. Lugduni, 1498, 4to. (276).

— — Quadragesimale opus. Lugduni, 1498, 4to. (277).

— — Sermones dominicales. (Lugduni, 1498), 4to. (278).

— Idem Zaborowski legavit etiam bibliothecae Universitatis Jagellonicae, usum tamen reliquendo mgro Porembio, librum:

— Andreae Joh. Lectura arboris consanguineitatis. Lipsiae, 1500, fol. (1974).

— Idem donavit etiam pro mathematico Collegii minoris librum:

— Sacrobustus. Opus sphaericum. Venetiis, 1499, fol. (379 Math.).

— Idem Joh. Zaborowski usus est etiam libro:

— Pratensis. Sermones de tempore. (Argentorati), s. a.,' fol. (1014, olim xₓₜₒ Andreae Wolboritae).

Zaborowski Stanislaus v. Herp Henr. (1032).

Zadora arma Nobilis artium mgri Cracoviensis, v. Rusocki Mich.

***ZAGAJEWSKI Clemens** Petri de Gębice s. Gambice, vulgo Gembicius dictus, scholaris (ab a. 1453) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1462 ad gradum magisterii in artibus promotus), expost collegiatus Collegii majoris, canonicus ecclesiae collegiatae s. Floriani extra muros Klepardiensis, s. theologiae bacc. et extraordinarius in facultate theologica lector, († c. 1480), olim possessor librorum:

— Pisanus. Pantheologia, I. (Norimbergae, 1474), fol. maj. (1460).

— — Pantheologia, II. Norimbergae, 1474, fol. maj. (1461, ambo expost xₓₜₒ mgri Vinc. Leopolitae, item drum Zawada de Piskowice et Mikosz Cracovitae).

— v. Aquinas s. (?, hodie desideratur, Hain 1329).

ZAINER Guentherus ex Reutlingen progenitus civis et typographus, imprimi curavit Cracoviae (Cracis) a. 1474 et 1475 libros:

— Augustinus s. Omnes libri, fol. (1987).

— Kalendarium Cracoviense a. Dni 1474 currentis, fol. (1998).

— Plateanus Fr. Opus restitutionum, fol. (1984, liber cum impresso ad calcem signo typographi, exhibente Nomina Jesu Christi et bb. V. Mariae in scutis).



— Turrecremata. Explanatio in Psalterium, fol. (4913a. & b. Theol. pol.).

***ZAJĄCZKOWICZ Johannes** scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (30. VI a. 1674 in artium mgrum et philosophiae drem creatus), expost medici-

nae dr. ac professor et consul Cracoviensis, olim possessor libri:

— Scriptores astronomici veteres. Venetiis, 1499, fol. (2538).

***ZAJĄCZKOWSKI Julius Rudolphus** s. XVII/XVIII possessor libri:

— Justinianus imper. Instituta cum summariis. Venetiis, 1493, 8vo. (2296).

***ZAKLICZOWITA Paulus** Stiborii de Zakliczów, civis de signo Jasieńczyk, alias etiam Zakliczowus nuncupatus, scholaris (ab a. 1477) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1484 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii majoris, s. theologiae dr. et professor, canonicus Płocensis et ecclesiae s. Floriani Klepardiensis, († 8. VII 1511), legavit pro libraria theologorum Collegii majoris libros:

— Aquinas s. Quaestiones de quodlibet. Coloniae, 1485, fol. (1883).

— — De potentia Dei. Coloniae, 1500, fol. (1887).

— — Summae theologicae pars I. Venetiis, 1477, fol. (1896, liber cum depicto in fronte signo possessoris Jasieńczyk cum stellulis in scuto, prius κτῆμα cujusdam fr. Franczois Dignandi).

— — Summae theologicae pars II 1. Venetiis, 1478, fol. (1902, liber cum exarato in tegumentis signo possessoris Jasieńczyk in scuto, item cum exaratis ibidem Malleolis cum literis I. C. in scuto, signo introligatoris, Joh. Cracovitae).



— — Summae theologicae pars II 2. Venetiis, 1479, fol. (1911, item liber cum exarato in tegumentis signo possessoris Jasieńczyk in scuto, et item cum exaratis ibidem Malleolis cum literis I. C. in scuto, signo ligatoris Joh. Cracovitae).

— Argentinensis Th. Scripta super Sententiarum libros. I—IV. Argentinae, 1490, fol. (1722).

— Bergomensis. Tabula super Aquinatis opera. Venetiis, 1497, fol. 1958, librum executores ejus testamenti assignaverunt pro libraria theologorum).

— Casus summarii Decretalium. Basileae, 1479, fol. (1210, libro postea usus est dr. Sternberg Olsnensis).

— Gregorius IX. Decretalium libri. Basileae, 1482, fol. maj. (827).

— Holkot. Super Sententiarum libros. Lugduni, 1497, fol. (2034).

— Idem dr. Zakliczowita legavit etiam pro ecclesia collegiata s. Floriani in Kleparz:

— Missale Gnesnense atque Cracoviense. Moguntiae, 1492, fol. (6237 Theol. pol.).

»Oretur pro anima ejus«!

— v. Formularium (959).

— Idem dr. Paulus Zakliczowita moriens, donavit etiam communitati Collegii majoris:

— Duo coclearia argentea et alia supellectilia (»Regestrum supell.):

»Cujus animam Misericors Deus suscipiat in sinum suum«!

Zakliczowus Paulus artium mgr. et theologus Cracoviensis, v. Zakliczowita Paulus dr.

***Zakliczynensis conventus** ordin Minorum strictioris observantiae s. Reformatorum in Zakliczyn, olim possessor libri:

— Statius. Opera. Venetiis, 1483, fol. (2251, liber cum exaratis in anteriore tegumento (posterius desideratur) bb. V. Maria cum Infantulo, Jesu Christo (Ecce homo), s. Barbara et s. Katharina, item cum exarata ibidem Aquila cum corona in scuto, signo introligatoris).

***ZAKRAKOWITA Johannes** (Joh. Zakrakowia, Cracovita de suburbio Cracoviensi?), sacerdos, s. XVI possessor libri:

— Sanctius. Speculum vitae humanae. Augustae, 1471, fol. (1856, olim κτῆμα dris Mirżyniec, emptum a. 1472).

***ZALASZOWSKI Stanislaus** Nicolai de Tarnów, scholaris (ab a. 1532) Cracoviensis, s. XVI possessor (?) libri:

— Livius. Historiarum decades. Venetiis, 1491, fol. (1811, olim κτῆμα dris Swodziszowicii).

Zalesiensis plebanus in Zalesie, v. Saleński Laur.

***ZALESKI Johannes** scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, postea consul Leopoliensis nec non civis Przemyśliensis,

13. XII a. 1581 dono dedit Marchionali Camaldulensium eremo in Szaniec amoris gratia librum:

— Gordonius. Lilium medicinae. Lugduni, 1491, fol. (730, olim κτῆμα cujusdam Cracovitae et amicorum, liber cum exarata in tegumentis Vera icone Domini nostri Jesu Christi in scuto, signo libri ligatoris Cracoviensis).

Zamorensis episcopus Rodericus, postea Calagarritanus et Palentinus: v. Sanctius Roder. dr. (1856 sqq.).

ZANE Bernardus Venetus, artium dr. et s. theologiae mgr., protonotarius apostolicus:

— Oratio Passionis dominicae, coram Alexandro VI et s. cardinalium senatu in Urbe habita. S. l. & a., (Romae), 4to, ff. nn. 8, sign. a—a_1, typ. rom, cum litera init. S. florent.

Incun. *120*, cf. Hain *16273*. — Oratio temporibus dris Muczkowski iterum vestita, quondam κτῆμα Collegii majoris.

Zapolya Johannes rex Ungariae et filius ejus Johannes Sigismundus: v. Krawiec Math. dr.; Novicampianus de Nowopole Alb. mgr.

***ŻARNOWITA Johannes** Stanislai de Żarnów, scholaris (ab a. 1498) et artium bacc. Cracoviensis, (ad Quatuor tempora Cinerum a. 1503 ad gradum baccalariatus in artibus promotus), degens 18. V 1512 in ecclesia s. Norberti extra muros Cracovienses, possessor libri:

— Biblia s. integra. (Basileae), 1495, 16mo. (149, expost κτῆμα cujusdam S. K.).

***ZARSZYŃSKI Johannes** de Zarszyn, Nobilis de armis Odrowąż, s. XVI possessor libri:

— Sprenger-Kraemer. Malleus maleficarum. Norimbergae, 1496, 4to. (2087, expost κτῆμα Cracoviensis domus prof. Soc. Jesu ad s. Barbaram).

***Zatoriensis confraternitas** in Zator, s. XVII possessor libri:

— Biblia s. latina. Basileae, 1487, fol. (758, olim κτῆμα bacc. Philopoei et aliorum).

***Zatoriensis ecclesia** parochialis in Zator, s. XVIII possessor libri membranacei:

— Missale Cracoviensis ecclesiae. Moguntiae, 1487, fol. (4941 Theol. pol., a. 1568/78 κτῆμα cujusdam G. S. de signo proprio in circulo et cujusdam B. W. de signo Jelita in scuto et eclipsi, expost vero κτ. duorum Kościelecey).

***ZATORIENSIS Laurentius** Petri de Zator, scholaris (ab a. 1463) et artium bacc. Cracoviensis, (ad Quatuor tempora Cinerum a. 1471 ad gradum baccalariatus in artibus promotus), expost praebendarius eccl. Crac. in castro Crac., exeunte s. XV possessor una ligatorum librorum:

— Albertus M. De arte intelligendi. (Ulmae), s. a., fol. (420).

— Bonaventura s. Diaeta salutis. (Esslingae), s. a., fol. (422).

— Gobius J. J. Scala coeli. Ulmae, 1480, fol. (421).

— Themata dominicalia. (Esslingae), s. a., fol. (423, omnes constabant 1 marcam sine 3 grossis).

***ZATORSKI** quidam, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, s. XVII possessor libri:

— Biblia s. latina. Basileae, 1487, fol. (758, olim κτῆμα bacc. Philopoei et aliorum).

***ZATORSKI Maximilianus** utriusque juris dr. et professor Universitatis Cracoviensis, († 19. II 1886), a. 1872 possessor libri:

— Missale Cracoviensis ecclesiae. Moguntiae, 1484, fol. (4940 Theol. pol., olim κτῆμα Romualdi Kaczkowski).

ZAWADA Gregorius Petri de Myslowice alias de Zawada, scholaris (ab a. 1428) Cracoviensis et decretorum dr. minimus (promotionis Cracoviensis?), ac tandem c. a. 1454 archidiaconus Leopoliensis, († a. ?):

— Sermones de tempore et de sanctis (a. 1457 Cracoviae manu scriptae): v. Familia ss. (Chalcogr. V. 38. T 1., 21 a., & Chalcogr. V. 38. T 1., 21 b.).

***ZAWADA Stanislaus** Andreae de Zawada seu de Piskowice, scholaris (ab a. 1436) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1444 ad gradum magisterii

promotus), expost collegiatus Collegii majoris, s. theologiae dr. et professor, lector ejusdem ordinarius et canonicus ecclesiae collegiatae s. Floriani in Kleparz, († 14. V 1491), olim possessor librorum:

— Pisanus. Pantheologia, I. (Norimbergae, 1474), fol. maj. (1460).

— — Pantheologia, II. Norimbergae, 1474, fol. maj. (1461, ambo olim xₜ̄ₗ̄ₐ mgri Gębicii-Zagajewski, postea vero mgri Vinc. Leopolitae et dris Mikosz Cracovitae).

— Idem dr. Zawada moriens, legavit etiam domui Collegii majoris:

— Tria cocleuria argentea (»Regestrum supell.«):

»Habeatur memoria illius«!

***ZAWADZKI Stanislaus** Cracovita, Nobilis de armis Rogala, alias etiam Picus nuncupatus, scholaris, artium mgr. (ab a. 1552?) et medicinae dr. ac professor, consul et protophysicus Cracoviensis ac a. 1581—1588 bis rector Universitatis Jagellonicae et vicecancellarius Studii generalis, († a. 1592), olim possessor libri:

— Serapio. Practica dicta breviarium medicinae. Venetiis, 1497, fol. (2539, expost xₜ̄ₗ̄ₐ Martini Kuczewicz, apothecarii Cracoviensis).

***ZAWISIUS Jacobus** scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, emit a. 1542 pro usu suo grossis 52 Wittembergi librum:

— Gordonius. Lilium medicinae. Venetiis, 1498, fol. (1078).

***ZBANKIUS Johannes** de Zbanki seu Dzbanki, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, († ante a. 1507), a. 1484 possessor librorum:

— Nider. Sermones totius anni. S. l., (1480), fol. (1276, expost xₜ̄ₗ̄ₐ archipresbyteri dris Valthek).

— Voraginensis. Sermones de tempore. S. l. & a., fol. (?, item expost xₜ̄ₗ̄ₐ dris Valthek, hodie desideratur).

Zborowski-Rytwiański Albertus Nobilis de armis Jastrzębiec, episcopus (ad a. 1413) Poznaniensis et expost Cracoviensis ac Universitatis Jagellonicae cancellarius, a. 1414 in concilio Constantiensi: v. Koźminius Luc.; Reichenthalensis (1968).

***ZBROŻEK Adam** Jacobi s. Jakubowicz de Kotra alias de Wilno Lithuanus, dictus etiam Kotrensis aut Wilnensis, scholaris Wilnensis, expost autem (ab a. 1479) scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1488 ad gradum magisterii promotus), postea vero (a. 1488) extraneus facultatis artisticae, ac tandem »notarius Alexandri, ducis Lithuani«, olim possessor libri:

— Majus. De priscorum verborum proprietate. Tarvisiae, 1477, fol. (1824, expost xₜ̄ₗ̄ₐ dris Mikosz Cracovitae).

ŻEBRAWSKI Theophilus philosophiae dr. (ab a. 1832) et membrum Academiae literarum Cracoviensis, vir de bibliographia polonica bene meritus, († 5. II 1887), sumptibus suis conficiendum curavit Cracoviae facsimile tituli libelli:

— Leimbach. Practica pro a. Dni 1498, 4to. (2287).

Zebruski Paulus s. XVI possessor libri, v. Zembruski Paul.

Zebrzydowski Andreas Alberti Nobilis de armis Radwan, scholaris (ab a. 1517) Cracoviensis ac tandem episcopus Crac. et Universitatis Jagellonicae cancellarius: v. Orlik s. Aquilinus Luc. dr.; Pontificius Jac. dr.

Zelandiae bonarum artium et medicinae dr. ac physicus, v. Middelburgensis Paul. (1273 Math.).

***ŻELECHOWSKI Wladislaus** Magnificus, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, obtulit a. 1626 in sempiternum gratitudinis munus bacc. Cynerski librum:

— Versor. Super Aristotelis De coelo et mundo &c. (Coloniae, 1489), fol. (1640, olim xₜ̄ₗ̄ₐ mgri Sim. Szamotuliani, liber cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in scuto, signo introligatoris).

Zeles oppidum in Ungaria, v. Margarita Decretalium (2579).

Zell (de) Joc. s. XVI possessor librorum, v. Seidler Joc.

ZELL Ulricus civis et typographus Coloniensis, impressit opusculum, quod »Polonicum« dicitur:

— Najman. Dialogus de frequenti usu communionis. (Coloniae), s. a., 4to. (7228 Theol. pol.).

— v. Colonia; Polonica.

***ZELL Wolfgangus** d'Tzell (!) se-

culo XVI possessor in uno volumine ligatorum librorum:

— Tunger. Reparationes Tractatuum P. Hispani. Coloniae, 1500, 4to. (2429 a. Philos.).

— — Reparationes Novae et veteris logicae. Coloniae, 1500, 4to. (2429 b. Philos.).

— — Epitomata Veteris et novae logicae. Coloniae, 1500, 4to. (2429 c. Philos., omnes expost κτῆμα Seidleri de Zell et aliorum).

***ZEMBRZUSKI Paulus** alias etiam Zebruski scriptus, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, s. XVI possessor libri:

— Zeno. De natura humana. Venetiis, 1491 et 1492, 4to. (121, expost κτῆμα mgri Łabęcki et dris Behm).

Zembrzyce (de) Petrus artium mgr. et theologus Cracoviensis, v. Świętopełk Petr. dr.

ZENO Antonius Policola, s. medicinae dr., aliter etiam Zenus dictus:

— De natura humana, cum commendatione Petri Barbi Polensis, s. medicinae dris. Venetiis, impr. per Dionysium Bononiensem, 1491/92, 4to, ff. nn. 149, sign. aiij—pv, typ. goth.

Incun. *121*, Hain *16·281*. — In fronte libri et ad ejus calcem diversis possessorum manibus: 1. »Paulus Zembrzusky« et »Paulus Zebruski« (!); 2. »M. Danielis Labenckj (Łabęcki) et amicorum«; 3. »Michaelis Behm, dris medicinae, vj Martij 1692«.

— — Item, Venetiis, impr. per Dion. Bononiensem, 1491/92, 4to, u. s.

Incun. *2575*, Hain *16·281*. — In fronte libri, s. XIX iterum vestiti, manu s. XVII: »Ex libris Valentini ..... (locus deletus) ph.«.

ZENOBIUS sophista:

— Epitome proverbiorum Tarrhaei et Didymi, graece, cum epistola Benedicti Ricardini Florentini. Florentiae, impr. impensis ac cura Philippi de Zunta Florentini, 1497, 4to, ff. nn. 66, sign. αi—θiiii, typ. graecis et goth.

Incun. *122*, Hain *16·283*. — In chartula Catalogi adnotavit dr. Bandtke, qui Epitome de novo ligari dedit: »Primus hic liber est, qui ex officina Philippi Juntae Florentiae prodiit«.

Zenus Antonius s. medicinae dr., v. Zeno Ant. (121).

Zenzelinus decretorum dr. et capellanus papalis, v. Cassaniensis Jes. (1492).

ZERBUS Gabriel Veronensis, clarissimus philosophus et medicus, theoricae medicinae ordinariam in Studio Patavino publice legens:

— Gerontocomia, ad Innocentium VIII, pontificem Maximum. Romae, impr. per Euchar. Silber alias Franck, 1489, 4to, ff. nn. 132, sine sign., typ. goth.

Incun. *123*, cf. Hain *16·284*. — Gerontocomia cum adscriptionibus dris Broscii, temporibus dris Muczkowski denuo vestita.

— Quaestionum metaphysicarum libri, ad Sixtum IV, pontificem Maximum. Bononiae, impr. per Joh. de Nordlingen et Henr. de Harlem, socios, 1482, fol., ff. nn. 512, (ff. 498—512 »Ars venandi distinctiones ...«), sign. A_2—ij_3, typ. goth.

Incun. *1049*, cf. Hain *16·285*. — Liber cum literis init. depictis (lit. R. in fronte, item sequentes Q. et C. nitide depictae) et cum adscriptionibus diversarum manuum s. XV/XVI: 1. »Liber Bartholomei (Quinquecclesiensis) de Quinquecclesijs alias de Naijssa« (!); 2. »Liber mgri Stanislai (Bylica) de Ilkusch, medio secundo flor. emptus«; 3. »Liber Martini Joannidis (Johannidis) de Crosna«.

— — Item, Bononiae, impr. per Joh. de Nordlingen et Henr. de Harlem, 1482, fol., u. s.

Incun. *1683*, Hain *16·285*. — Exemplar ignoti quondam possessoris, cum adscriptione in fronte manus s. XVII: »M. Lucae Piotrowski C. M.«, et cum exaratis in tegumentis Malleolis cum cruce in scuto, signo introligatoris Cracoviensis Malleoli.

— — Item, Bononiae, impr. per Joh. de Nordlingen et Henr. de Harlem, 1482, fol., u. s.

Incun. *2036*, Hain *16·285*. — Exemplar cum exaratis in tegumentis signis introligatorum Joh. Cracovitae et bacc. Psitaci Ungari, socii ejus, item cum adscriptionibus: 1. in fronte: »Iohannis Sommerfelt sum« (deletum); 2. ibidem »Ma-



ioris Collegij liber« (manus exeuntis s. XVI); 3. ad calcem (f. 512): »Iohannis Sommerfelt sum«; 4. in margine f. 498 iterum: »Iohannis Sommerfelt sum« (deletum!); 5. ibidem propriae manus dris Wratislawitae: »Michaelis Wratislauite sum«. Ceterum f. 498 v. adscripsit mgr. promotionis Parisiensis, Johannes Henckel Wratislawita, propria manu: »Si viri, qui bellicis miliciam querunt, haud ascribi numerum inter

eorum possunt, qui principatum in ea ipsa milicia apud principes, reges, imperatores tenent, nisi strenuitatem inter eosdem quouis corporis robore ostendant atque aprobent et pro corpore sepe degladiari solent (!), multo magis hy, qui non ex robore corporis sed animi virtute honorem famamque comparant, societatem contuberniumque huius Famati Study (Cracoviensis) magistrorum, sine quouis preuio laudabili actu, intrandum, autumet nemo quiquam. Qua propter Iohannes de Wratislauia, mgr. inter Parisius promotos minimus, pro magistrorum libertatibus privilegijs assecucione 2da feria (2. I 1531) hora decima hanc infrascriptam determinabit questionem: Vtrum materia prima sit entitas actualis et positiua, simpliciter simplex per se, cognoscibilis per se in predicamento, reponibilis ab entitate forme et priuaciono realiter distincta et absque contradicione ab omni forma separabilis etc? Conclusio jma ... s.

— — Item, Bononiae, impr. per Joh. de Nordlingen et Henr. de Harlem, 1482, fol., u. s.

Incun. *2037*, Hain *16·285*. — Exemplar ex legato dris Petri Świętopełk de Zembrzyce alias de Nieznanowice. »Oretur pro eo«!

— — Item, Bononiae, impr. per Joh. de Nordlingen et Henr. de Harlem, 1482, fol., u. s.

Incun. *2576*, Hain *16·285*. — Olim κτῆμα Collegii majoris.

Zeusis pictor, v. Urceus Ant. Codr. (2259).

***ZIELIŃSKI Josephus** Nobilis et consul ac scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, ante a. 1777 possessor libri:

— Beroaldus. Orationes. Lugdini (!), 1492, 4to. (852 Neolat., olim κτῆμα Sim. Frankowic, expost vero Th. Krzyżanowski).

***Zielonecensis ecclesia** parochialis in Zielonki (juris patronatus Universitatis Cracoviensis), olim possessor libri:

— Lombardus. Thesaurus cum plenis sententiis. S. l., 1495, 4to. (354).

Ziemowit dux Mazowiensis, a. 1414 in concilio Constantiensi: v. Reichenthalensis (1968).

***ZIMOSZARSKI Balthasar** Mathiae de Ciechanów seu de Zimoszarz, Nobilis de armis Trzaska, scholaris (ab a. ?) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1514 ad gradum magisterii promotus), expost medicinae dr. et physicus Mazowiensis, († a. 1569?), olim possessor libri:

— Montanus L. In Aristotelis De physico auditu. Colonlae, 1498, fol. (2016, expost κτῆμα bacc. Krainii et mgri Gołkowica).

***ŻNENENSIS Balthasar** Georgii de Żnin, alias de Znena s. Snejna, scholaris (ab a. 1582) et artium bacc. Cracoviensis, (pro quartali Cinerum a. 1588 primae laureae insignia accepit), a. 1590 possessor librorum:

— Modus legendi abbreviaturas in utroque jure. Spirae, s. a., fol. (721, liber una cum Theramo compactus).

— Plinius C. S. Historia naturalis. Venetiis, 1487, fol. (1363, olim κτῆμα Casparis Broniski, expost Fusorii et mgri Kwaśnicki).

— Theramus. Consolatio peccatorum. S. l., 1484, fol. (722, una ligatus cum Modo legendi, ambo olim κτῆμα Job Marci Żnenensis, expost vero altaristae Skulski, ac tandem »Bibliothecae Collegii majoris«).

Żnenensis Gregorius de Żnin alias Dąbrowski Greg., artium mgr. Cracoviensis, († in Decembri a. 1571): v. Copulata (585).

***ŻNENENSIS Job Marci** s. XVI possessor una ligatorum librorum:

— Modus legendi abbreviaturas in utroque jure. Spirae, s. a., fol. (721).

— Theramus. Consolatio peccatorum. S. l., 1484, fol. (722, ambo posterius κτῆμα altaristae Skulski, a. 1590 bacc. Balthasaris Żnenensis ac demum »Bibliothecae Collegii majoris«).

ZOAR medicus arabicus, scriptus etiam Zohar:

— De cura lapidis libellus: v. Majmonides; Rhases.

***ZOBECIUS Johannes** Kazimirita, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, 25. VI 1566 possessor libri:

— Pruthenus L. Trilogium animae. Norimbergae, 1498, 4to. (1964).

Zębiki (de) Martinus ordin. s. Spiritus, v. Ząbicius Mart.

ZOEMERENSIS Henricus de Zoemeren, artium mgr. promotionis Parisiensis, s. theologiae dr. et professor, decanus Antwerpiensis:

— Epitoma primae partis Dialogi de haereticis, a Guilhelmo Ockamo compositi. Lovanii, impr. per Joh. de Westfalia, 1481, fol., ff. nn. 130, sign. a_2—r_3, typ. goth.

Incun. *1041*, Hain *8435*. — Liber cum literis init. depictis, in uno volumine cum Trotto et Innocentio VIII compactus (1041—1043), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticam-



piani, cum ejus autographo: »Iohannis Sommerfelt sum«. »Oretur pro eo«!

Zohar medicus, v. Zoar.

Zophia regina Poloniae († 14. IX 1461): v. Regiomontanus Joh. de Monte regio (360).

Zwickawiensis Laurentius Bernschprunck, mgr. Lipsiensis: v. Montanus Steph. (73).

Zwinger Theodorus Basilcensis philosophus et physicus, v. Pensaurus Sant. (1784).

***ZYTNENSIS Andreas** Nicolai de Żytne s. Żytno, scholaris (ab a. 1504) Cracoviensis, expost vicarius et poenitentiarius ecclesiae cathedralis Cracoviensis (a. 1532 olim), a. 1530 possessor libri:

— Hieronymus s. Epistolae, pars I et II. Venetiis, 1476, fol. (1005, expost xτ̃μα dris Greg. Szamotuliani).

Żywiecensis Valentinus plebanus in Żywiec, ineunte s. XVII possessor libri: v. Korabius Valent., vulgo Korab aut Korabik dictus.

ADDENDA & CORRIGENDA.

ABBANUS Petrus dr.:

— Conciliator differentiarum philosophorum et praecipue medicorum. Venetiis, impr. impensa Joh. Herbort de Selgenstat Alemani, 1483, fol., ff. nn. 283, sign. a_2—gg_3, typ. goth.

Incun. *2626*, Hain *6*. — Olim xτ̃μα Collegii majoris, s. XIX denuo vestitum.

ALBERTUS Magnus:

— De anima, de intellectu et intelligibili libri. Venetiis, impr. per mgrum Raynaldum de Novimagio, 1481, fol., ff. nn. 124, sign. a_2—v_3, typ. goth.

Incun. *2629* (2628), Hain *?* — Exemplar mucore et aqua corruptum, una compactum cum Alberto M. sequenti (2628—2629).

— Liber de natura ac immortalitate animae. Nurenbergae, impr. impensa Caspar Hochfeder, 1493, 4to, ff. nn. 82, sign. A_2—K_5, typ. goth., cum literis init. xylogr.

Incun. *2627*, Hain *497*. — Quondam xτ̃μα Collegii majoris, s. XIX iterum vestitum.

— Physicorum seu de physico auditu libri. Venetiis, impr. per Joh. de Forlivio et Greg. fratres, 1488, fol., ff. nn. 168, sign. a_2—x_3, typ. goth.

Incun. *2628*, cf. Hain *518*. — Olim xτ̃μα Collegii majoris, una ligatum cum Alberto M. praecedenti (2628—2629).

ANDREAE Antonius:

— Scriptum aureum super Metaphysicam Aristotelis. Venetiis, impr. per Ant. de Strata de Cremona, 1482, fol., ff. nn. 150 (ff. 4 ultima desiderantur), sign. a_2—K_3, typ. goth.

Incun. *2630*, Hain *983*. — Quondam xτ̃μα Collegii majoris, s. XIX de novo vestitum.

Aquarius alias **Wodnik**, signum artium mgri et theologi Cracoviensis: v. Glicius Mart. de Pilzno dr.

Ars:

— Ars atque usus vivendi, v. Florentinus A. s. (539 sqq.).

— Ars impressoria: v. Plinius C. C. (1362, ars impr. inventa per Germanos a. 1458!); Politianus A. (1402, librorum impr. artem Joh. Faustius Moguntiae in Germania primus reperit a. 1452!); Tunger Arn. (2429 a. Philos., ars impr. sacra).

Arundinensis Johannes a Trzciana, artium mgr. Cracoviensis: v. Versor Joh. (2187).

Australes v. Schedel dr. (460).

Bandellus Vincentius ordin. Praedicatorum (Hain 2353), v. Novocastrensis Vinc. (191).

BOETHIUS A. M. T. S.:

— De hebdomadibus. Cracoviae, impr. s. a., 4to, ff. nn. 4, typ. goth., cum insign. Poloniae, Lithuaniae et urbis Cracoviae.

Incun. *?*, Hain *3428*. — Sub hoc nro apud Hainium citatum opusculum s. XV in lucem non prodiit.

Brandenburgensis Albertus mgr. generalis Prussiae ordin. Theutonicorum 10. IV 1525 Cracoviae. v. Stoefflerinus-Pflaumen (2272).

Breviarium:

— Breviarium juris canonici, v. Florentinus P. (968 sqq.).

— Breviarium temporum, v. Eusebius Pamph. (215).

***BRUDZEWIUS Albertus** artium mgr. et theologus Cracoviensis, fuit etiam a. 1495 (et prius) possessor iconis chalcographicae:

— Familia ss. S. l. & a., 4to obl. (Chalcogr. V. 38. T1., nro 21 a., a. 1457 κτῆμα scholaris Petri Kurowitae et a. 1473 mgri Andreae Pieszel Poznanitae).

— v. Familia ss. (Chalcogr. V. 38. T1., 21 b.).

Carmen ad bb. V. Mariam (a. 1575 manu scriptum): v. Ostrzensis Georg.; Voraginensis (1153).

Catalogus sanctorum v. Gallus Alex. (?, hodie desideratur).

Chrysostomus Johannes b., v. Libanius Graecus (?, hodie desideratur).

Chwałko quidam (Chwałko?), scholaris (ab a. ?) Cracoviensis et librorum ligator de signo Falconis in circulo, item de signo alius Falconis in circulo, et iterum de signo alius Falconis in circulo:



v. Falco introlig. exeuntis s. XV et ineuntis s. XVI.

CICERO M. T.:

— Oratio pro Q. Ligario. Cracoviae, s. a. (c. 1500), 4to.

Incun. ?, Hain *5144*. — Citata sub hoc nro apud Hainium Ciceronis Oratio s. XV in lucem non prodiit.

Cracovita Nicolaus de Cracovia, Nobilis de Komorniki: v. Regula Nic. artium bacc.

Cremonensis Theophilus de Ferrariis ordin. Praedicatorum, v. Ferrarius Theoph. (256).

Cursus:

— Cursus optimarum quaestionum ad mentem Johannis Duns Scoti. (Coloniae, impr. Henr. Quentell), s. a., fol. ff. num. 148 & 22, sign. Aij—Cv, typ. goth., cum litera init. C. in fronte xylogr.

Incun. *2431*, Hain ? — Liber in uno volumine compactus cum 2 aliis Cursibus optimarum quaestionum (2431—2433), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte.



***CZEPEL Nicolaus** Poznanita dr., legavit etiam in uno volumine compactos libros:

— Tartagnus. Reportata super titulo De re judicata. Venetiis, 1489, fol. maj. (469).



— — Lectura et apostillae super Ima parte ff. (Digesti) novi. Venetiis, 1490, fol. maj. (468).

— — Super Ima Infortiati parte. Venetiis, 1489, fol. maj. (470).

Cujus voluminis in anteriore tegumento item signum ejus proprium expressum.

Daniecius Stanislaus Leopolita (Daniecius?), v. Leopolita Stan.

Dialogus:

— Dialogus creaturarum moralisatus. Stockholm, impr. per mgrum artis impressoriae Joh. Suell, 1483, 4to min. ff. nn. 156, sign. A—siiij, typ. goth. cum figuris xylogr.

Artes *312*, cf. Hain *6128*. — Facsimile a. 1883 in Stockholm editum.

Errores atrocissimorum Ruthenorum (Hain 6677), v. Sacranus Joh. Jun. dr. (4792 Theol. pol.).

Familia sanctissima:

— Sanctissima familia. S. l. & a., (impr. s. XV), 4to obl. (27·6×19), imago manière criblée exarata.

Chalcogr. (V. 38. T1., nro 21 b.), icon reimpressa Cracoviae mense Julio a. 1899 cura et impensis liberi baronis Thaddaei Konopka. — Originale hujus iconis chalcogr., (hodie sub Chalcogr. V. 38. T1., nro 21 a. asservatum), adglutinatum erat olim anteriori tegumento libri manuscripti bibliothecae Jagellonicae sub nro 1357,

(Gregorii Zawada de Mysłowice, decretorum dris miuimi et archidiaconi Leopoliensis »Sermones de tempore et de sanctis«), »conscripti Cracoviae sub a. Dni 1457 per P. (etrum) de C.« (rowo). Liber hic manuscriptus una cum adglutinata icone illa erat successive κτῆμα: a. 1457 scholaris Petri Kurowitae, a. 1473 mgri Andreae Pieszel Poznaniitae, a. 1495 (et prius) mgri Brudzewii, ac tandem librariae theologorum Collegii majoris artistarum, ut patet ex adscriptionibus antiquarum manuum in posteriore tegumento: 1. »Liber Petri de Curowo nec non sacerdotis dni Rogalijnskij, canonici Poznaniensis, per prefatum Petrum mutuatus ac communicatus Venerabili mgro Andree de Poznania, kathedralis ecclesie Pozn. perpetuo vicario, protunc vicedecano, promotori, benefactori singularissimo, super quem prefatum librum recepi sex florenos vugaricales in auro feria 3 ipso die b. Andree apostoli (30. XI) sub a. Dni 1473 ...«; 2. »Anno Xristi 1495 iuuentus inter libros, derelictos per mgrum Albertum de Brudzewo, per executores testamenti eiusdem legatus est librariae theologorum maioris Collegy artistarum sub condicione, si quis proprietatem non allegauerit, quia nulli iuuriari per hoc intendebant«.

Flores:

— Flores astrologiae, v. Albumasar astrolog. (12).

— Flores sapientiae, v. Tarvisinus Ambr. (480).

— Flores Scripturarum, v. Valentinus licent. (114).

— Flores sententiarum b. Thomae Aquinatis, v. Turrecremata (1112 sqq.).

Flos:

— Flos naturarum, v. Geber medicus (5621 Medic.).

— Flos theologiae, v. Turrecremata (1863 sq.).

Kalendarium Cracoviense:

— Kalendarium a. Dni 1474 currentis. S. l. & a., (Cracis, impr. Guenth. Zainer, 1474), fol. maj., ff. nn. 1, sine sign., typ. goth.

Kalend. *456*, Hain *?* — Facsimile Kalendarii parietarii, a. 1880 Cracoviae studio et cura Ignatii Polkowski, impensis vero Academiae literarum Cracoviensis promulgatum.

KONOPKA Thaddaeus de Tomaszowice, liber baro et scholaris (ab a. 1863) Cracoviensis, studio et impensis suis mense Julio a. 1899 Cracoviae reimprimi curavit icones s. XV impressas:

— Familia ss. S. l. & a., 4to obl. (Chalcogr. V. 38. T1., 21b., quondam successive κτῆμα: a. 1457 Petri Kurowitae, a. 1473 mgri Pieszel Poznaniitae, a. 1495 et prius mgri Brudzewii).

— Maria V. ss. S. l. & a., 4to. (Xylogr. V. 39. T1., 21c.).

***KUROWITA Petrus** Andreae de Kurów seu de Kurowo, scholaris (ab a. 1455) Cracoviensis. expost sacerdos dni Rogaliński, canonici Poznaniensis, ab a. 1457—1473 possessor iconis chalcographicae:

— Familia ss. S. l. & a., 4to obl. (Chalcogr. V. 38. T1., 21a., posterius κτῆμα mgrorum Pieszel et Brudzewii).

— v. Familia ss. (Chalcogr. V. 38. T1., 21b.).

***Łącki Math.** corr. in ***ŁĄCKI.**

Laudinus Christophorus commentator, alias etiam Landinus scriptus (?, hodie desideratur): v. Landinus Chr.

Leopoliensis archidiaconus a. 1454, v. Zawada Gregorius de Mysłowice dr.

LWOWECENSIS Johannes compegit etiam ineunte s. XVI, una cum socio suo de signo Aquilae cum corona in circulo, librum:

— Priscianus (1438, ignoti possessoris).

Cujus in tegumentis signa: Leo in scuto, item



Aquila cum corona in circulo, exarata.

Maria Virgo sanctissima:

— Mater Dei cum Infantulo. S. l. & a., (impr. s. XV), 4to, (12·3×18·7), imago xylogr. (sinistra Mariae manus cum 6 digitis!).

Xylogr. (V. 39. T1., 21c.), icon reimpressa Cracoviae mense Julio a. 1899 cura et impensis liberi baronis Thaddaei Konopka. — Originale hujus iconis xylogr., (hodie sub Xylogr. V. 39. T1., 21b. asservatum), adglutinatum olim erat tegumento libri manuscripti bibliothecae Jagellonicae sub nro 504. (Aristotelis »Physicorum« etc. libri), Cracoviae s. XV conscripti.

***MICHAŁOWSKI Ludovicus** benefactor bibliothecae Jagellonicae, († Cracoviae 20. X 1899).

Dominus Deus animam ejus habeat!

Oratio testimonialis eorum, quae dicta sunt: v. Tractatus de moribus Turcorum (7114 Hist.).

Panormitanus Franciscus orator celeberrimus, v. Petrarcha Fr. (379).

Panper in Collegio majori Universitatis Jagellonicae, v. Swodziszowicius de Swodziszowice dr.

***PIESZEL Andreas** Poznanita, scholaris (ab a. 1455) et artium mgr. Cracoviensis, (post festa Nativitatis Dni a. 1459 ad gradum magisterii in artibus promotus), expost ecclesiae cathedralis Poznaniensis vicarius perpetuus et vicedecanus, mutuavit 30. XI a. 1473 a sacerdote Kurowita iconem chalcographicam:

— Familia ss. S. l. & a., 4to obl. (Chalcogr. V. 38. T 1., 21 a., postea κτῆμα mgri Brudzewii).

— v. Familia ss. (Chalcogr. V. 38. T 1., 21 b.).

Polonica:

— Polonus Mart. Margarita Decreti. Argentinae, 1499, fol. (4665 Jus pol.).

Poznaniensis canonicus a. 1473: v. Familia ss.; Rogaliński dnus.

Poznaniensis vicarius perpetuus a. 1473, v. Pieszel Andr. mgr.

Poznanita Andreas II, artium mgr. Cracoviensis: v. Pieszel Andr. de Poznania.

Rogaliński canonicus Poznaniensis a. 1473: v. Familia ss.; Kurowita Petr.

Servius Maur. Honor. grammaticus, v. Vergilius P. M. (1595 sq.).

Stanislaus sanctus epus Cracoviensis: v. Brudzewius Alb. mgr.; Świrski Andr. mgr.; Wilnensis eccl. cathedr.

***WIECZORKOWSKI Stanislaus** mgr. (Roma rediens, † 9. VIII a. 1656, ut refert Radymiński in »Annalibus«).

SERIES INCUNABULORUM

juxta numerorum ordinem.

1. Abbanus. De venenis. Lipsiae, 1498, 4to.
2. — De venenis. Lipsiae, 1500, 4to.
3. Nassoviensis Adolphus. Copia indulg. (Coloniae), s. a., 4to.
4. Aesopus moralisatus. S. l., 1492, 4to.
5. Insulanus Alanus. Doctrinale. Coloniae, s. a., 4to.
6. Brixiensis A. De arte loquendi. Coloniae, 1487, 4to.
7. Albertus M. Liber de duabus sapient. (Norimbergae), s. a., 4to.
8. — Opus philosophiae natur. Venetiis, 1496, 4to.
9. — De secretis mulierum. S. l. & a., 4to.
10. Legenda metrica Alberti Magni. (Coloniae, 1490), 4to.
11. Uničovský Albicus. De regimine hominis. S. l. & a., 4to.
12. Albumasar. Flores astrologiae. Augustae Vindel., 1488, 4to.
13. Eliacus. Concordantia astronom. cum theol. Augustae Vindel., 1490, 4to.
14. — De emendatione ecclesiae. S. l. & a., 4to.
15. Alphonsus rex. Tabulae astronom. Venetiis, 1492, 4to.
16. Andreae Joh. Capitula tract. de spons. (Romae), s. a., 4to.
17. Aquinas s. De natura universalis. S. l. & a., 4to.
18. — De vitiis et virtutibus. S. l. & a., 4to.
19. Arator. In Actus apostolorum. S. l. & a., 4to.
20. Aretinus L. De studiis et literis. Paduae, 1483, 4to.
21. Augustinus s. De trinitate. Venetiis, 1489, 4to.
22. Averroes. In Aristotelis Priorum librum. (Venetiis, 1497), 4to.
23. Bagellardus. De aegritudinibus infantium. S. l., 1487, 4to.
24. Miniatore. Formulario de epistole. Venezia, 1487, 4to.
25. Pacantius. Collectiones medicinae. (Venetiis), s. a., 4to.
26. Bernardus s. Omelia super Stabat. S. l. & a., 4to.
27. Biel G. Epithoma exposit. Canonis missae. Spirae, (1499), 4to.
28. Bodivit. Sermo in missa papali. (Romae, 1485), 4to.
29. Faber de Budweiss. Practica pro 1492. (Lipsiae), 4to.
30. — Practica (fragmentum. Lipsiae), 4to.
31. — Opusculum tabularum. S. l. & a., 4to.
32. Carmina de sanitatis regimine. Lipsiae, 1493, 4to.
33. Paradisius. De valore missarum. (Coloniae, 149?), 4to.
34. — De arte bene moriendi. Lipsiae, s. a., 4to.
35. Johannes Carthus. Epistolae. S. l. & a., 4to.
36. Cataneus. Oratio coram Alexandro VI. (Romae), 1492, 4to.
37. Falconia Centona. De fidei nostrae misteriis. Brixiae, 1496, 4to.
38. Chieregatus. Epistola. (Romae, 1482), 4to.
39. Colatius. Libellus de verbo. Venetiis, 1486, 4to.
40. Computus Norenbergensis. Lipsiae, 1499, 4to.
41. Dictys Cret. De historia belli Trojani. Venetiis, 1499, 4to.
42. Dares Phr. Historia Trojana. (Lipsiae, c. 1498), 4to.
43. Proclus Diad. Sphaera. (Lipsiae), s. a., 4to.

44. Dubravius. De componendis epistolis. S. l. & a., 4to.
45. Epistola de miseria curat. et pleban. S. l., (1489), 4to.
46. Fundamentum aeternae felicitatis. Lipsiae, 1499, 4to.
47. Gallus Al. Tractatus de accentibus. (Coloniae), 1492, 4to.
48. Gerson. De passione animae. (Coloniae), s. a., 4to.
49. Grapheus. De oculis eorumque aegritudinibus. (Ferrariae, 1474), 4to.
50. Greve. Utilis repetitio §. Si quis librum. Lipsiae, 1498, 4to.
51. Guarinus. Grammaticales regulae. Venetiis, 1488, 4to.
52. Haedus. De amoris generibus. Tarvisii, 1492, 4to.
53. Hassiacus. Secreta sacerdotum. Lipsiae, 1499, 4to.
54. — Secreta sacerdotum. Lipsiae, 1497, 4to.
55. Hermes. Centiloquium. (Lipsiae), s. a., 4to.
56. Translatio b. Mariae V. de Loretto. S. l. & a., 16mo.
57. Horatius. Epodon liber. Lipsiae, 1492, 4to.
58. Hundt. Expositio octo partium orationis. Lipsiae, 1490, 4to.
59. Kamintus. Regimen contra pestilentiam. (Lipsiae), s. a., 4to.
60. Maneken. Formulae epistolarum. S. l., 1490, 4to.
61. — Formulae epistolarum. S. l., 1493, 4to.
62. Doring. Carmen in d. hostiam. S. l. & a., 4to.
63. Lapidanus. Resolutorium dubiorum missae. Lipsiae, 1497, 4to.
64. Stobniczka. Legenda ss. matronae Annae. Lipsiae, 1497, 4to.
65. Niavis. De philosophia Platonis. S. l. & a., 4to.
66. Saxoferratensis. Libellus procuratoris. Venetiis, 1478, 4to.
67. Maffeus. Dissuasoria. Bononiae, 1494, 4to.
68. Majolus. De gradibus medicinarum. Venetiis, 1497, 4to.
69. Manuale parochialium. S. l., 1498, 4to.
70. Mancinellus. Scribendi orandique modus. Venetiis, 1493, 4to.
71. Majnus. Oratio in matrimonium. Basileae, 1493, 4to.
72. Molitor Ulr. De laniis et phitonicis mulieribus. Lipsiae, 1495, 4to.
73. Montanus Steph. Campus sophistarum. Lipsiae, 1496, 4to.
74. Mundinus. Anatomia. Venetiis, 1494, 4to.
75. Niavis. Epistolae breves. Lipsiae, 1499, 4to.
76. — De conceptione V. Mariae. (Lipsiae), s. a., 4to.
77. Modrusiensis. In funere cardinalis s. Sixti. Paduae, 1482, 4to.
78. Niger Fr. Modus epistolandi. (Lipsiae), s. a., 4to.
79. Nimireus. Sermo de passione Domini. S. l. & a., (Romae, 1494), 4to.
80. Officium missae. Magdeburgi, 1483, 4to.
81. Opusculum repertorii pronosticon. Venetiis, 1485, 4to.
82. Patriarchatus, archiepiscopatus &c. totius ecclesiae. Viennae, s. a., 4to.
83. Florentinus P. Paulina praedicabilis. Senis, 1494, 4to.
84. Pharetra fidei catholicae. Lipsiae, 1494, 4to.
85. — fidei catholicae. Lipsiae, 1495, 4to.
86. Sylvius. Epistola ad Turcarum imperatorem. S. l. & a., 4to.
87. Lochmajer. Practica electionum curatorum. (Patauiae), s. a., 4to.
88. Prosper B. De vita contemplativa. S. l., 1486, 4to.
89. Daniel. Somnia. S. l. & a., 4to.
90. Vallensis G. Interpretamentum in Psellum. (Erfordiae, 1499), 4to.
91. Psellus. De victus ratione. Erfordiae, 1499, 4to.
92. Publicius. Ars conficiendi epistolas. Lipsiae, 1497, 4to.
93. Quatuor novissima. Coloniae, 1492, 4to.
94. Ravennas. Phoenix seu de artificiosa memoria. Venetiis, 1491, 4to.
95. Regimen moralitatis. S. l. & a., 4to.
96. — sanitatis Salernitanum. Argentinae, 1491, 4to.
97. Regula Dominus quae pars. S. l. & a., 4to.
98. Regulae grammaticales antiquorum. Lipsiae, s. a., 4to.
99. Rosellus. De jejuniis tractatus. Romę, 1486, 4to.
100. Rosenhaim. Roseum memoriale. S. l. & a., 4to.
101. Judaeus Sam. Epistola ad rabi Isaac. (Tarvisii), s. a., 4to.
102. Schram. Quaestio fabulosa. Olomuciae, 1499, 4to.

103. Scotus J. D. Quaestiones utiles. Venetiis, 1497, 4to.
104. Sixtus IV. Bulla confirm. Confraternitatem s. Spiritus. S. l. & a., (Romae), 4to.
105. — Bulla confirmans Confraternitatem s. Spiritus. S. l. & a., (Romae), 4to.
106. Sacrobustus. Sphaerae mundi compendium. Venetiis, 1488, 4to.
107. Bernardus s. Meditationes. (Augustae Vindel.), s. a., 4to.
108. Sulpitius. Grammatica. Nurenbergae, 1482, 4to.
109. Salicetus G. & Turrocremata. Duo tractatus. Lipsiae, 1495, 4to.
110. Termini causarum in curia romana. (Romae), s. a., 4to.
111. Tractatus de complexionibus. S. l. & a., 4to.
112. Tritenhemius. De laudibus ss. Annae. Lipsiae, (1494?), 4to.
113. Tygrinus. Oratio Alexandro VI habita. S. l. & a., 4to.
114. Valentinus lic. Opusculum de floribus Scripturae. Lipsiae, 1484, 4to.
115. Vorilongus. Ropertorium Vade mecum. S. l. & a., 4to.
116. Vegetius. De re militari. Romae, 1494, 4to.
117. Verba deponentialia. (Reutlingae), s. a., 4to.
118. Viana. De Christi ad coelos ascensione. (Romae), 1494, 4to.
119. Vita et transitus s. Hieronymi. Venetiis, 1485, 4to.
120. Zane. Oratio Passionis dominicae. (Romae), s. a., 4to.
121. Zeno. De natura humana. Venetiis, 1491/92, 4to.
122. Zenobius. Epitome proverbiorum. Florentiae, 1497, 4to.
123. Zerbus. Gerontocomia. Romae, 1489, 4to.
124. Bernardus Carthus. Dialogus. Lipsiae, 1493, 4to.
125. Bonaventura s. De castitate. Lipsiae, 1498, 4to.
Nri 124—125 una ligati.
126. Insulanus Alan. Doctrinale. Lubek, 1493, 4to.
127. — De planctu naturae. Lyptzck, 1494, 4to.
Nri 126—127 in uno volumine compacti.
128. Harderwicensis. Epitomata totius Philosophiae naturalis. Coloniae, 1496, 4to.
129. Albumasar. De magnis conjunctionibus. Augustae Vindel., 1489, 4to.
130. — Flores astrologiae. Augustae Vindel., 1488, 4to.
131. — Introductorium in astronomiam. Augustae Vindel., 1489, 4to.
Nri 129—131 una ligati.
132. Alphonsus rex. Tabulae astronom. (Augustae Vindel.), 1483, 4to.
133. Florentinus A. s. Confessionale. S. l. & a., 4to.
134. — De excommunicationibus. Venetiis, 1474, 4to.
135. — De censuris. S. l. & a., 4to.
136. — De excommunicationibus. Venetiis, 1486, 4to.
137. Apollonius Rhod. Argonautica. Florentiae, 1496, 4to.
138. Phalaris. Epistolae. Venetiis, 1481, 4to.
139. Tunger. Epitomata sive reparationes logicae. Coloniae, 1496, 4to.
140. Datus. Ars dicendi et scribendi. Lipsiae, 1497, 4to.
Nri 139—140 in uno volumine compacti.
141. Regimen sanitatis Salernitanum. Argentinae, 1491, 4to.
142. Augustinus s. Confessionum libri. Davontriae, 1483, 4to.
143. — Opuscula. Venetiis, 1483, 4to.
144. — De civitate Dei. Venetiis, 1486, 4to.
145. — Opuscula. Venetiis, 1491, 4to.
146. Triumphus. Summa de eccl. potest. Venetiis, 1487, 4to.
147. Avicenna. Canonis libri. Venetiis, 1486, 4to.
148. Rampigollus. Compendium Bibliae. S. l. & a., 4to.
149. Biblia s. integra. (Basileae), 1495, 16mo.
150. Blanchinus. Tabulae astronomicae. Venetiis, 1495, 4to.
151. Caracciolus. Quadragesimale. S. l., 1490, 8vo.
152. Bonaventura s. Breviloquium. (Nurenbergae?), s. a., 4to.
153. Clavasius. Summa Angelica. Venetiis, 1487, 4to.
154. Boëthius. De consolatione philosophiae. Coloniae, 1493, 4to.
155. — De disciplina scholarium. Argentinae, 1491, 4to.
Nri 154—155 una ligati.
156. — De consolatione philos. Nurnbergae, 1495, 4to.

157. Boëthius. De disciplina scholarium. Coloniae, 1493, 4to.
Nri 156—157 in uno volumine compacti.
158. — De consolatione philos. (Argentinae), s. a., 4to.
159. — De disciplina scholarium. Argentinae, 1495, 4to.
Nri 158—159 una ligati.
160. Herbipolensis Br. s. Psalterium. (Basileae), 1497, 4to.
161. Wimpina. Oratio in missa quodlibeti. (Lipsiae, 1497), 4to.
162. Orationes Venetorum a. 1495 habitae. Lipsiae, s. a., 4to.
163. Majnus. Oratio apud Alexandrum VI. Lipsiae, (1492), 4to.
164. Raulinus. De perfecta religionis plantatione. Basileae, 1498, 4to.
165. Chieregatus. Oratio super foedere. (Romae, 1495), 4to.
Nri 161—165 in uno volumine compacti.
166. Ravennas. Phoenix seu de artificiosa memoria. Erfordiae, 1500, 4to.
167. Cicero. Orationes. Reutlingae, 1494, 4to.
168. — Synonima. Augustae Vindel., 1488, 4to.
169. Barzizius G. Epistolae. Argentinae, 1486, 4to.
170. Mancinellus. Scribendi orandique modus. Lipsiae, 1500, 4to.
171. Promptuarium argumentorum. Coloniae, 1496, 4to.
Nri 166—171 una ligati.
172. Montanus G. Manipulus curatorum. (Argentinae), s. a., 4to.
173. Florentinus A. s. Confessionale. Argentinae, 1499, 4to.
Nri 172—173 in uno volumine compacti.
174. Brant. Decreta concilii Basileensis. (Basileae, 1499), 4to.
175. Polucianus. Constitutiones ordinis de Monte Carmelo. Venetiis, 1499, 8vo.
176. Scotus J. D. Quodlibeta quaestionum. Venetiis, 1481, 4to.
177. — In Sententiarum libros, I & II. Venetiis, 1481, 4to.
178. — In Sententiarum libros, II & III. Venetiis, 1481, 4to.
179. — In Sententiarum libros, IV. Venetiis, 1481, 4to.
180. Regionalensis. Malogranatum. S. l., 1487, 4to.
181. Dinkelspuchel. Postilla. Argentinae, 1496, 4to.
182. Sacerdotes, Ad omnes, de sacramento altaris. S. l., 1493, 4to.
Nri 181—182 una ligati.
183. Buscoducensis. Collectum Institutionum. Papiae, 1497, 4to.
184. Hesiodus. Georgicorum liber. Daventrię, 1492, 4to.
185. Mantuanus. Panegyricum carmen. Bononiae, 1489, 4to.
186. Laetus Pomp. Romanae histor. compendium. Venetiis, 1499, 4to.
187. Probus Val. De interpretandis Romanorum literis. Venetiis, 1499, 4to.
188. Vergilius P. Urb. Proverbiorum libellus. Venetiis, 1498, 4to.
189. Balbus H. Epigrammata. (Lipsiae), s. a., 4to.
Nri 184—189 in uno volumine compacti.
190. Moesch. De horis canonicis dicendis. Basileae, 1483, 4to.
191. Novocastrensis. Disputatio de conceptione b. V. Mariae. Bononiae, 1481, 4to.
Nri 190—191 una ligati.
192. Bury. Philobiblion. Coloniae, 1473, 4to.
193. Gerson. De laudibus scriptorum. (Coloniae), s. a., 4to.
194. Sylvius. Epistola ad Turcarum imperatorem. S. l. & a., 4to.
195. Secundinus. De familia Autumanorum. S. l. & a., 4to.
Nri 192—195 in uno volumine compacti.
196. Gordonius. Lilium medicinae. Venetiis, 1496, 4to.
197. Aegidius Monachus. Carmina de urinis. Venetiis, 1494, 4to.
Nri 196—197 una ligati.
198. Sallustius. De conjur. Catilinae et bello Jugurthino. Romae, 1490, 4to.
199. Hispanus Petrus. Summulae logicae. Coloniae, 1489, 4to.
200. Versor. Super Aristotelis Physicorum libros. Coloniae, 1497, 4to.
201. — Juxta textum Aristotelis De anima. Coloniae, 1496, 4to.
Nri 200—201 in uno volumine compacti.
202. Modus legendi abbreviaturas in utroque jure. Nurembergae, 1494, 4to.
203. Garlandiensis. Textus aequivocorum. (Coloniae), 1495, 4to.
204. — Synonima. Coloniae, 1495, 4to.

205. Sinthen. Copulata verborum. Coloniae, s. a., 4to.
206. Garlandiensis. Verba deponentialia. S. l. & a., 4to.
Nri 203—206 una ligati.
207. Sunzel. In Aristotelis Physicorum libros. Hageuaw, 1499, 4to.
208. Versor. In Aristotelis Philosophiae libros. (Lugduni), 1489, 4to.
209. Vocabularius utriusque juris. Nurenbergae, 1496, 4to.
210. Liber de vita et morte Aristotelis. (Lipsiae?), s. a., 4to.
211. Fagifacetus. S. l. & a., 4to.
212. Vegius. Philaletes. S. l. & a., 4to.
